

17

Wan. y. r. n. p. a.

Impulsos.

Item se renovaron los singulos que

0005

Item se renovaron los canones de la Santa

0005

Item que visitaron de Sinto de la Santa

0005

Item de se renovaron por degero de la Santa

0005

Item de se renovaron los de delicias de

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Item de se renovaron los de se renovaron

0005

Queda hecha esta copia de lo que en
el inventario anteriormente

RENTAS

diepeliz.

Primera. La renta de la casa de
diepeliz. La renta de la casa de
una fonda de manos que en el año de
sta. Dnueve

0039

Manteles.

Item en doce abas en que se pusieron gran-
das nuevas y guarniciones de cortinas
como de estar de
Item de las tablas de manteles que vienen
de las lagas de banimento que con guintas
de hechuras y sumarios de color de verde

0113

Impulsos.

Item de renovar los impulsos que

0060

0005

costo cinquenta

Item en incensario, que se hizo nuevo, que sea veinte e quatro onzas, y para lo qual me

N. M. R. D. Provincial se comitieron dos can-

deberos de plata, que pesaran veinte e dos onzas

e medidos de oro de hechura trece pesos escudos,

que juntos son el peso e medio que tuvieron me-

diros de sacde de oro del peso que tiene de

incensario, viene a tener de costo

ochenta e tres e medio.

A advertir que en poder de Perquinmo poma

incensario

0000

0000

0110

0000

Libreria Libreria del Conte. Libreria.
P. m. Fran. de J. Lafrenta

S. XVI - 369
291

contra mala

[Faint, illegible handwritten text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.]


PARABOLARVM
QVAE AB ECCLESIA
proponuntur.

SECUNDA PARS.

*Auctore R. P. Magistro F. Ioanne Granata Ordinis S. Do-
minici in Academia Caesaraugustana Sacrarum
literarum interprete.*

HOC VOLVMINE PARABOLÆ
de Sanctis continentur.

OCCVLTA PROVERBIORVM EXQVIRET SA-
piens, & in absconditis Parabolarū cōversabitur. Eccle. 39.



CÆSARAVGVSTÆ,

Excudebant Laurentius & Didacus de Robles
fratres . Anno 1587.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

P A R A B O L A R V M
Q V A E A B E C C L E S I A

Handwritten signature
P R O P O S I T I O

S E C V N D A P A R S

Auctore R. P. Magistro F. Lorenz Graeco Ordinis S. Do
minici in Archidiaconi Casertano Sacratissimo
licet non interpret.

H O C V O L V M I N E P A R A B O L A
de Sanguis conuenient.

O C C U L T A P R O V E R B I O R V M E X P O S I T I O
per R. P. Magistru F. Lorenz Graeco Ordinis S. Do



C E S A R A V A G A S T A

Excudebat in typographia Didacchi de Robertis

Annus 1757

in typographia de Robertis

ILLVSTRISSIMO

AC REVERENDISSIMO

DOMINO D. PETRO CERBUNA

Episcopo Tirasonensi. Frater Ioannes Gra-
natenfis, foelicitatem.



LETTER hic meorum studiorum
partus, sub nomine tuo in lucē pro-
dit (Cādidissime Præful) vt animū
meū iā pridē in tui amorem, & obsequium
incitatum ostendam, & vt operi gratiam
tanti nominis splendore conciliem. Te
namq. omnes diuinis virtutibus excultū-
tanquam verum sacratę probitatis speci-
men, & certissimum litterarum domici-
lium venerantur. Nam vt omittam tuæ
integritatis, & continentię laudes, benefi-
cientięq. qua viduarum & pupillorum or-
bitatē, aliorūq. pauperum inopiam suble-
uas, lenitatisq. & māsuertudinis, qua om-
nes tibi deuincis, lōga mihi oratione per-

A ij sequen-

sequendum erat, quantam operam, & studium absumferis, ut in Academia Cesaragustana (quam collapsam, & pene humi depressam tuis sumptibus erexisti) celeberrimi ingenuarum artium Doctores Gymnasiis praeficerentur. Quos eius civitatis Consules & Togati viri (qui scholae quotannis exceptatissimi contingunt) nusquam intermissa munificencia liberaliter fouent, & amplectuntur, ut iuventus quae ex omnibus Hispaniae partibus, indies magis ultra quam credi potest ad audiendum densatur, non literis tantum, sed candidis moribus instituat. Te igitur schola omnis intuetur, a te opem efflagitat, in tua virtute conquiescit, seque contra insurgentium iniurias, ius suum retentura esse confidit. Id vero minime a te petere verebor, ut aliquod tempus et tuis gravissimis occupationibus detractum, in evoluendis mearum parabolarum laboribus absumas Vale.

Ad Lectorem.

HVCVSQVE (amice Lector) Parabolas de Sanctis in lucem proferre distuli, meamq. in alio volumine astrictam fidem liberare, vt autographum subobscurum (vtpote propria manu conscriptum qui literas currente calamo rite imprimere non soleo) typographis clarius concederem. Quo factum est vt liber hic, nouis characteribus excussus, qua amendatus prodeat. Quæ vero subteifugisse deprehendimus ista sunt.

HERRATA.

Pagina 3. in margine 77. lege 27. ibidem nã naturaliter leg. naturaliter, pag. 13. in mar. ferta leg. deserta. pag. 37. li. 4. numeris leg. muneris. pag. 33. linea n. astum leg. astu, pag. 42. lin. 26. preciũ leg. prælium, pag. 44. lin. 1. Ecclesia leg. Ecclesiã, pag. 80. li. vltimo possit leg. possint pag. 81. in fi. leg. cauda, pag. 89. li. 19. aderont le. adorent, pag. 110. in marg. primas leg. primus pag. 121. lin. 2. efficax le. efficax, pag. 141. li. 28. le. artificiose, pa. 150. li. 12. despondent leg. despondeat.

ALiquot vero sententias parabolicas quæ Euangeliiis de Sanctis intermixtæ leguntur defficere credes, vt est illa. Facite vobis sacculos qui non veterascunt Luca 13. & illa. Cum exaltatus fuero a terra 10. 12. & illa. Vigilate &c. Sed prior in alio volumine late explicata est, in parabola de villico. Altera in hac parte in parabola Nisi granum frumenti. Vltima in hoc etiam volumine in parabola Sint lumbi vestri.



LIBRUM hunc, cui Parabolæ Euangelicæ. titulus est, auctore, R. P. Fratris Ioanæ Gravatensi, Sacræ Theologiæ professo-
 ordinis Sancti Dominici, fidei meæ, ab amplissimo, Regioq. Se-
 natu superiobus diebus creditum, perlegi se iulo. Opus sane, ve-
 summa cura, acriq. studio elaboratum, ita citra vllam Christia-
 nę religionis iniuriam, magno legentium commodo inoffenso
 pede cursurum. Præter parabolarum enim, de quibus termo potissimum insti-
 tuitur, catholicam, copiosam, dilucidamq. enarrationem, plurium etiam ac re-
 conditorum, sanctarum scripturarum locorum, perdoctas continet expositio-
 nes. Quibus euoluendi, si vel mediocrem candidus, diligensq. lector adhibue-
 rit operam multas haud dubie ex eis excipiet vtilitates. Casaraugustæ tertio Ka-
 len. Maias 1585.

Licentiatus Michael
 Cercito.

*Aliorum Theologorum approbationes, in alio volumine conti-
 nentur, cū privilegio Regis, accessit etiam facultas Vicarij Ge-
 neralis totius ordinis Prædicatorum & Provincialis Aragoniæ.*

••• Licentia Ordinarij.



LICENTIATVS Ille Iohannes Gregorio Vicarius Generalis
 in spiritualibus & temporalibus pro Illustrissimo, & reueren-
 tissimo domino Don Andrea Sanctos Dei & sanctę sedis Apo-
 stolice gratia Archiepiscopo Casaraugustano. Regioq. consilia-
 rio &c. Cum per examen, & approbationem. Licentiati Michae-
 lis Cercito Canonici Collegiatę Ecclesię Beatę Marię de Pila-
 ri, & fratrum Iohannis Perez Prioris monasterii sancti Dominici huius ciuita-
 tis, Francisci Maldonado, & Hieronymi Xabierre sacrę Theologię magistro
 rum ordinis sancti Dominici Prædicatorum, appareat nihil esse, in libro inti-
 tulato. Parabolæ Euangelicæ, quotquot ab Ecclesia proponuntur, moralibus
 exhortationibus explente, autore admodum Reuerendo Magistro F. Ioanne
 Gravata dicti ordinis sancti Dominici, quod Christiane religioni aduer-
 setur, concedimus licentiam, vt possit typis mandari dummodo aliquod ex vo-
 luminibus quę imprimuntur, coram nobis afferatur, antequam venalia exponā-
 tur ad videndum, & recognoscendum, vtrum cum suo originali concordet.
 Dat indicta ciuitate Casaraugustæ, die quinta mēsis Iulij Anno domini 1585.

Licentiatus A. Gregorius.

De dicti domini Vicarij Ge-
 neralis mandato.

Ludouicus Capdevilla Not.

FESTIVITATES
 SANCTORVM IN QVO
 rum feriis exposita parabo-
 lica Evangelia leguntur
 secundum vsum
 Romanum.

In festo Sancti Nicolai.
 pag. 98.
 In festo Sancti Ambro-
 sij. pag. 36.
 In festo Sanctæ Barbaræ.
 pag. 234.
 In festo Sanctæ Lucie.
 pag. 216.
 In festo Sancti Stephani.
 pag. 1.
 In festo Sancti Silvestri.
 pag. 200.
 In festo Sancti Hilarij.
 pag. 36.
 In festo Sancti Antonij.
 pag. 200.
 In festo Sancti Ioa. Chri-
 stostomi, pag. 36.

In festo Sancti Pauli pri-
 mi Heremit. pag. 52.
 In cathedra Sancti Petri.
 pag. 17
 In festo Sancti Agnetis.
 pag. 234.
 In festo Sancti Ignatij.
 pag. 186.
 In festo Sancti Mathiæ.
 pag. 52.
 In festo Sancti Thomæ
 Aquina. pag. 36.
 In festo Sancti Gregorij.
 pag. 36.
 In festo Sancti Georgij.
 pag. 86.
 In festo Sancti Marci.
 pag. 68.

In

In festo S. Basilij. pag. 172
 In festo S. Siluestri. p. 172.
 In festo S. Petri. pag. 17.
 In commemoratione Sã
 cti Pauli. pag. 98.
 In festo Sancti Bonauen-
 turæ. pag. 127.
 In festo Sanctę Magdale-
 næ. pag. 142.
 In festo Sancti Dominici.
 pag. 36. & 200.
 In festo Sancti Laurentij.
 pag. 182.
 In festo Sancti Ludouici.
 pag. 98.
 In festo Sancti Augustini.
 pag. 36.
 In festo Sancti Matthæi.
 pag. 113.
 In festo Sancti Hierony-
 mi, pag. 36.
 In festo Sancti Francisci.
 pag. 52.
 In festo S. Lucę. pag. 68.
 In festo vndecim mil Vir-
 gin. pag. 234.
 In festo Sancti Martini.
 pag. 157.
 In festo Sanctę Cecilie.

pag. 234.
 In festo Sanctę Catheri-
 næ. pag. 234.
 In festo Sancti Vincentij.
 pag. 36.
 In communi vnus Mar-
 tyris Põtificis. pag. 172.
 In communis vnus mar-
 tyris. pag. 186.
 In commu. plurimorum
 Martyrum. pag. 84.
 In comun. Martyrum
 tempore Paschali. pag. 84.
 In comun. vnus Con-
 fessoris Pontificis. pag. 157. & 127.
 In commu. vnus Con-
 fessoris non Pontificis.
 pag. 200.
 In comun. Virginum,
 & Martyrum. pag. 116.
 & 234.
 In communi Virginum
 non Martyrum. pag. 116. & 234.
 In commu. nec Virgi-
 num, nec Martyrum.
 pag. 116.

QVOTIES VOLVI CONGREGARE FILIOS

tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiſti. Math. 24.



HIVS parabolicæ ſententiæ facilis eſt interpretatio. Cum enim Saluator Hieroſolimitarum perfidiã, qui tot Prophetas occiderunt, & ſuam etiam necem machinabantur deploraret, adiecit. Quoties volui congregare &c.

Quibus verbis illorum perfidiam, adhuc exaggerat, quia cum eos per ſuam doctrinam, ſub ſua protectione congregare voluerit, renuerunt. Quomodo vero Saluator gallinæ comparetur, & quid ſit fidelis ſub alas cōgregare, latiffime in concione dicemus.

CONCIO.



MOR proprius, qui velut Babylonis fornax in hominibus accenditur, efficit vt ſua unicuiq. opera, quam ſint, maiora videantur, aliorum vero etſi magna ſint, minora iudicentur. At contra ſua unicuiq. ſcelera quamuis grauiſima ſint, minora cenſeantur, aliorum vero quam ſint maiora videantur. Iſta propter Phariſæos dicta

A

ſunto,

sunt, qui maiorum suorum crudelitatem, qua in Prophetas seuerunt detestabantur, suam vero qua Christi, & Apostolorum sanguinem sitiebant, nequaquam attendebant. Ipsi enim crudelissimi hominum, ne non illorum filii existimarentur, neve a parentibus degenerarent, efferato animo Christi, & Apostolorum mortem procurabant. Ea propter dicebat illis Saluator, Implete mensuram patrum vestrorum: Ac si diceret. Patres vestri peccatorum mensuram impleuerunt Dei nuntios persequendo, & Prophetas occidendo, super sum ego, & mei Apostoli, implere etiam peccatorum vestrorum mensuram, me & Apostolos persequendo. Saluator vero istis quasi obstinatis loquebatur, quos nec minis, nec promissis poterat ad sanitatem reducere. Sicut si pater filio ad malum pronus, quem nec blanditiis, nec promissis, aut terroribus potest reuocare dicat; Quia te nequaquam persuadeo, & increpationes meas recipere renuis, praesto sunt innumeræ perditionis viæ, vade perditum. Sic Iudæ Christus dicebat quod facis fac citius. Sic Hieremias peruersis hominibus dicebat. Bibite inebriamini, vomite, & cadite a facie gladii, quem ego mittam inter vos. Et Apo. 22. Qui in sordibus est sordescat adhuc. Completa vero peccatorum mensura, de ipsis supplicium Deus sumit. Quem admodum enim vniuscuiusque præmium præfixum est, & respondet merito; ita vniuscuiusque damnati poena præfixa est, quæ peccatorum mensuræ respondet, qua completa infligitur poena, statutum est enim peccandi tempus, quousque peccata mensuram attingant, quam cum peccata complent, reprobis

Similitudo.

Io. 13.
Hierem.
25.

Apo. 21

probi puniuntur. Sic Deus Esa. 77. dicebat. In mensura contra mensuram iudicabo eos. Quasi dicat. Iustitiæ meæ mensura, qua reprobos iudicabo, respondebit mensuræ peccatorum. Aliqui autem ita vitiis effuse indulgent, vt citius mensuram peccatorum impleant, qua completa ad supplicium rapiuntur. Sic Iob. 22. Numquid viam seculorum custodire cupis, quã calcauerunt viri iniqui, & sublatis sunt ante tempus suum? Vis sequi pessimam viam, quam prædecessores tui viri iniqui calcauerunt, nempe superbiæ, avaritiæ, crudelitatis, &c. & quia compleuerunt peccatorum mensuram, sublatis sunt ante tempus suum, id est ante illud tempus quo se victuros sperabant naturaliter, quod tempus suum esse homines credebant? Quamdiu vero mensura minime completur, peccata coaceruantur, & Deus tollerit vsq. ad præfixum tempus puniendi. Ita dicitur Micheę. 6. Ad huc ignis est in domo impij thesaurus iniquitatis, et mensura minor irę plena. Ignis enim concupiscentiæ, & amoris proprij, a quo mala cuncta procedunt, est in anima impij, & alia vitia, quæ sunt quasi thesaurus iniquitatis, quem prauus homo thesaurizat, duro corde; Est etiam mensura peccatorum minor quidem, quia non est completa, sed tamen iræ plena, quam Deus tollerit vsq. ad tempus. Propterea dicit Implere mensuram, quasi dicat, inceptam, vt perueniat ad metam patrum vestrorum, quia ego non desistam Profetas, & sapientes, & Scribas mittere. Sic dicebat Esa. 18. Ite Angeli veloces ad gentē dilaceratam & conuulsam, ad populū terribilem. Mira

Esa. 77.

Iob. 22.

Mich. 6.

Ecce ego mitto ad vos.
Esa. 18.

A ij pro

profecto Dei sollicitudo & prædicatorum constan-
tia. Ipse enim nunquam destitit prædicatores mitte-
re, & sancti quamuis eferatos viderent aduersariorum
animos, nunquam certaminis campum deseruerunt.
Dei enim prouidentia factum est, vt nunquam in mun-
do deficerent, qui veritatem docerent. Sic dicebat

Hier. 7.

Deus Hier. 7. Misi ad vos omnes seruos meos Pro-
phetas per diē consurgens diluculo & mittens, & non
audierunt, nec inclinauerunt aurem suam, sed indu-
rauerunt ceruicem suam, & peius operari sunt quam
patres eorum. Quia patres eorum occiderunt pluri-
mos Dei seruos, Esaiam ferrarunt, Hieremiam lapida-
uerunt, Ezechielem ex cerebrauerunt. Sequentes
etiā illorū filij Iacobum occiderunt, Paulum flagella-
uerunt, Stephanum lapidauerunt, & alios persecu-
ti sunt, de ciuitate in ciuitatem. Sic dicitur Hier. 2.

Hier. 2.

Deuorauit Prophetas vestros gladius vester, quasi leo
vastator generatio vestra. Sed cū animū eorū ad occi-
dēdū paratū cognosceret, quare mittebat eos illis? Nō
quia Deus mittebat, propterea pessimos illos efficie-
bat, sed ipsi sua malitia in prædicatores sequebant. Sed
Deus ostendebat illorū peruersos animos seruos suos
mittendo. Quemadmodū si quis iniquum seruum ha-
bens veluti furē, consulto pecunias dimittat ad osten-
dendū pessimum illius animū, quod quidem non est
malū seruum facere sed ostendere. Ita Deus prædica-
tores mittendo, quos isti persequebantur, nequaquā
pessimos reddebat, sed ostendebat tales esse, vt iuste in
illos animaduerneret. Occasiones enim iniquis præbe-
re, non est iniquos facere, sed ostendere, vt Chryso-
stomus

Chryf.

mus

mus ait. Sicut enim studiosis, occasiones ad bonū offerunt; ita peruersis, propter illorum peccata, occasiones permittit ipsis offerri, vt se ipsos ostendant. Ita Dauid Appone iniquitatem super iniquitatem, vt non intrent in iustitiam tuam. Deus enim iniquitatem super iniquitatem ponit, vt in illos animaduertat. Sic etiam ait. Immissiones per Angelos malos, viam fecit semitæ iræ suæ. Deus enim permittit demones peruersis hominibus tentationes immittere, vt faciat viam semitæ iræ suæ, hoc est vt ex semita viam latam faciat, qua sua ira pertranseat. Cum homo peccare incipit, Deus semitam aperit, vt possit per eam ira suæ iustitiæ ad peccatorem transire, & sic peccatore in dies peccata iterante, paulatim ex semita, ampla via fit, qua Dei ira in ipsum peccatorem transeat. Quando enim aliqui, ita obfirmato Deum animo offendunt, vt nec Dei timore, nec hominum verecundia permoueantur, mensura peccatorum completa, qua si per amplam viam ira Dei transit in illos. O quot in mundo sunt, qui cum pænitentia a peccatis per confessionem expiati, semitam iræ Dei claudere, deberent, potius peccata peccatis addendo, in causa sunt vt Deus ex semita faciat viam amplam, qua ira sua pertranseat æternaliter puniendo, & quandoq. temporaliter etiam. Sicut Iudæos istos de quibus Paulus loquebatur 1. The. 2. Dominum occiderunt Iesum, & Prophetas, & nos persecuti sunt & omnibus hominibus aduersantur, & prohibent nos gentibus loqui, ne saluæ fiant, vt impleant peccata sua semper, peruenit enim ira Dei super illos vsq. in finem. Ecce quã

Psal.

Psal.

1. The. 2.

1. The. 2.

1. The. 2.

graphice bæatus Paulus Iudæos depingit, quia non contenti tot flagitiis comissis, omnium grauiissimum perpetrarunt, quia Christum scelestissime, simul & crudelissime occiderunt, & Prophetas quos ipse misit, insuper beatissimum Paulum, & alios Apostolos persequabantur de ciuitate in ciuitatem, & prohibebant beatum Paulum, & alios Apostolos gentibus prædicare, ne Gentiles credentes salui essent, & hæc scelera (inquit Paulus) committunt vt impleant peccata sua semper, quousq. iustam mettã attingant, & ad patrum suorum mensuram perueniant, completa vero mensura, peruenit ira Dei per viam amplam in illos transiens, vsq. in finem, quia omnium occisorum sanguinẽ vsq. ad Zachariam super eos venit. Ita Ezechielis. ii. dicitur. Plurimos occidistis gladium immittam super vos. Quia occiderunt Christum. Stephanum, & Iacobum & complures alios immisit illis Deus gladiũ Romanorum, vt non solum æternaliter sed temporaliter punirentur. Sic dicebat Iob 3. Non vltra in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium, conterit multos innumerabiles, & stare facit alios pro eis, nouit enim opera eorum, & ideo inducet noctem & conterentur, quasi impios percussit eos in loco videntium, quia quasi de industria recesserunt ab eo, & vias eius intelligere noluerunt. Quoniã modo quilibet ad pænitiæ iudicium venire potest, completa vero peccatorum mensura, & tempore quod ipsis Deus concessit, non erit in eorum potestate, sicut Iudæis accidit, quorum innumerabiles contriuit per Romanos, & stare fecit alios pro eis, nouerat enim illorum praua

opera

Vt veniat super vos

Ezech. ii

Iob. 3.

opera scilicet, auaritiam ambitionem superbiam, & propterea cæcitatem illis in pœnam immisit per noctem significatam, & tunc contriti sunt, & percussit eos quasi impios per Romanos in loco vbi multi veritatem cognouerunt, quam illi quasi de industria a Deo recedentes impugnabant, nolueruntq. vias quas Christus & Apostoli prædicabant intelligere. Quæ quidem etiam, ad correctionem nostram dicuntur, nobis enim (vt Paulus ait) annuntiatum est Hebr. 2 sicut & illis, & similiter nos Deus supplicio afficiet si vias eius quas nos Prædicatores docent, intelligere negligamus, & nobis sublatis alios pro nobis stare faciet. Quemadmodum enim Christus Iudæos contriuit, pessimos etiam Christianos conteret, si ab eo peccantes recedant, & vias salutis, intelligere recusent sicut illi qui ad Ecclesiæ & fidei gremium vocantes persequebantur. Et hoc est quod Christus deplorabat dicens. Hierusalem Hierusalem &c. In- Hierusa lem Hebræus rusalē simile. gemiscit autem, propter malorum perditionem, sicut Iudex, qui lege compellente: charissimum filium supplicio afficit, dolere super eo solet, ita saluator dolet quod Iudæos Hierosolymis habitantes, perdere debeat. Ita Esai. 1. Heu consolabor super hostibus meis. Vbi immensam pietatis Christi abyssum intueri licet, dolet enim ita iustitia compellente, quod debeat inimicos punire, taliter vt illa verba ab imo pectore procedere videantur. Sed mirum quod Deus doleat vicem nostram, & nos quibus tãti interest, non doleamus, dolet saluator quod peccatorem damnare debeat, & ipse minime ingemiscit,

A iiij

sicut

- Simile.** sicut qui ardenti febre flagrans delirat, omnibusq. circa se plorantibus ipse ridet & lætatur: ita pravi homines cum lugere potius tot delicta deberent, rident. Hoc est quod Saluatorem pupugit, scilicet minime peccatores dolere: propterea irritatus in eos conuertitur. Sicut Esa. ca. 63. dicebat. Ipsi ad iracundiam prouocauerunt, & affixerunt spiritum sancti eius, & cōuersus est eis in inimicum, & ipse debellabit eos: Iudæi, & peccatores ipsos imitantes, sui cordis duritia Deum ad iracundiam prouocauerunt, & Spiritum sancti eius scilicet Christi (vt interpretatur interlinealis) affixerunt ita: vt super eos dolcat. Nonne ex voces Hierusalem Hierusalē dolentis, & afflicti voces sunt? Sed quia veritati restiterunt, in eos cōuersus fuit sicut inimicus, & debellauit eos per Romanos; Ea propter Saluator ingemiscebat illorum vicem dolens, quod ita voluntarie perire vellent. Sic Ps. Rugiebā a gemitu cordis mei: quasi dicat Quia leo sum, vt Iudex, rugitum emitto condemnaturus, gemo etiam illorū vicem, quos perdere debeo. Sic etiam dicebat Amos 2. Stridebo super eos, sicut stridet plaustrum onustum feuo. Qui enim tot annis prauorum peccata sustinuit punire volens stridet quasi gemmens, sed aliter iustitia expetente agere non potest. Quamuis etiam Saluator peruersorum hominum rebellem animum deploret. Sicut mater filii deplorat vicē, qui cum grauius infirmetur, medicinam respuit; ita Christus dolet eo quod Iudæi, & peccatores ipsos imitantes, quæ Deus ad ipsorum remedium destinauit, abiciant. Quia pravi homines sicut Iudæi, Predicatores con-
tem-

remnunt, imò quantum in se est, in ipsos insurgunt cum illorum voces floccipendant. Manifestissimæ vero damnationis signum est, non solum a Deo separari, sed eos qui ad ipsum vocant contemnere. Propterea suspirio Christus illa verba proferebat. Quoties volui congregare &c. Sed quam apte saluator gallinæ comparetur videamus. Gallina enim inter omnes alites ab alijs exposita, & relicta ova incubat, & eius calore sine semine ad vitam pulli educuntur, qui veluti bis nascuntur, primo cum eos gallinæ diuersis in locis exponunt, secundo cum congregati calore gallinæ vitam accipiunt. Ita saluator fideles suos veluti secundo ad vitam educit, qui a diuersis ante parentibus nati, corporalem vitā susceperunt. Id Saluator Nicodemus dicebat. Nisi quis natus fuerit denuo &c. Io. 4. Primo enim homines ad corporalem vitam nascuntur, secundo oportet eos per baptismum nasci ad spiritualem vitā. Ita. 2. P. 1. Renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili &c. Tota vero hominum salus ex hac secūda generatione, quæ habetur per baptismum dependet. Ad hoc Christus Iudæos congregare volebat, vt ipsos sicut & alios fideles, per charitatē & amorem incubans, ad vitam spiritualem educeret, & daret eis potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus (sicut pulli qui nec sanguinem, nec ossa prius cum ova sunt habent) sed à Deo sola charitate & amore, ad vitam educerentur. Propterea Psal. Sub vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas: nam positi sub alis Christi speramus, donec iniquitas originalis transeat. Viuificatos vero pullos,

Quoties
volui
congregare
sicut gallina.

Io. 4.

2. p. 1.

Psal.

B

gallina

gallina dictu mirum, qualiter eos foueat & protegat. Propter eos infirmatur & plumis minuitur, ita Christus præterquam quod pro fidelibus semetipsum exinanivit, multa pro eis incommoda sustinuit, de quo

Esa. Vidimus cum, & non erat aspectus. Præterea gallina ex corpore suo, umbraculum pullis facit, quo eos protegat, & cum plures sint, ita alas accommodat, ut omnes recipiat nullusque extra videatur, ita saluator nos omnes sub alis protegit. Alæ eius sunt fides & charitas, quibus fideles omnes coniunguntur. Et ita summo studio homines adnitent, ut illius alis protegantur, ideo *Psal.* In velamento, alarum tuarum exultabo, adhesit anima mea post te &c. Nulla enim maior lætitia, reperiri potest, ea quæ habetur, ex protectione Saluatoris, quæ in causa est quod anima ipsi adhæreat, ex quo nobis bona omnia proueniunt. Propterea dicebat Booz Ruth Moabiti. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias a domino Deo Israel, ad quem venisti & sub cuius confugisti alas. Nihil enim à Deo sperare non possunt, qui ad eius patrocinium confugiunt, & hoc est quod Christus à Iudæis postulabat, ut ad eius alas se reciperent. Sicut David qui dicebat. Inhabitabo in tabernaculo tuo, protegat, in velamento alarum tuarum. Gallina etiam, quamuis imbecilis sit, ad pullos suos contra rapaces Miluos defendendos, animum Leonis induit, ita ut rostro & quibus potest armis eos defendat, soli vero illi rapiuntur, & deuorantur, qui longius extra eius alas inueniuntur, ita Christi

stus

Aves securissimum est suorum refugium, sub eius e-
 nim alis, non est quod rapaces inferni Miluos, aut
 carniuoras aues timeamus. Sic dicebat Io. 10. Non
 rapiet eas quisquam de manu mea. Illi enim tantum
 modo à diabolo rapiuntur, qui extra Christi tute-
 lam reperiuntur, vel qui eius alis fidei & charitatis,
 non proteguntur. Quid non effecit Christus, ut pul-
 lus, quem diabolus, ad rapiendum iam circūdabat,
 detineretur (de Iuda loquor) tandem cum eum in-
 tra alas detinere non posset dimittit, & a diabolo de-
 uoratus est. Sic dicitur Exo. 19. Recordamini quod por-
 tauerim vos super alas. Si auis prædam defert, & ferire
 eam iaculo velis, prius ipsam quam prædam feries, si
 pullum galinæ alis contentum ferire velis, prius ipsam
 feries, ita ælectos Dei feriens Deum veluti feri. Sic Za-
 cha. 2. Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei. Ideo
 saluator sicut Leo ad Phariseos vertebatur cum, disci-
 pulos repræhendere tentarunt. Similiter in nocte pas-
 sionis eos defendebat dicens. Sinite hos abire. Insu-
 per gallina, si pullus aberrauerit, vel longe abscesse-
 rit, omnibus relictis adquærendum proficiscitur, vna
 est vni, vnica omnibus, vnica singulis, ita Saluator,
 si hominem per peccatum aberrare contingat, ve-
 luti cura angitur, quousq. inueniat, sicuti duabus
 parabolis de oue perdita, & dragma superius late
 explicatum est. Gallina pullos, ad pastum vo-
 cans ad raucedinem peruenit, ita Christum Euan-
 gelistæ dicunt, sepe homines ad se, & cælestes the-
 sauros vocando clamasse. Quosdam autem salua-
 tor sibilu vocabat, qui non longe aberant, & vocem

Zach. 10 eius audiebant sic dicitur Zacha. 10. Sibilabo eis, &
 congregabo eos, quia redemios. Sibilabo ueluti Chri-
 stus electos uocat, quia eos suo sanguine redemit.
 Alios uero qui longe erant clamore magno Saluator
 Ioan. 7. ad se uocabat, sicut Ioannes dicebat. In die magno fe-
 stiuitatis & c. Ita Ecclesiastici, 51. Aproprie ad me indo-
 cti, & congregate uos in domum disciplinæ. Ista sunt
 quæ Christus dicebat: ut ad suæ disciplinæ domum
 congregarentur, qui indocti erant, et fidei cognitione
 rudes, ut recta cognoscerent, & ueritatis iustitiæq. uiam
 cognoscerent. Ita ipse dicebat Esa. 45. Ego dominus
 loquens iustitiam, annuntians recta, congregamini, &
 uenite, accedite simul. Nihil enim ita allicit sicut dul-
 cissima Christi uerba, quæ hominibus iustitiam, &
 recta proponunt, ea propter dispersos congregabat
 uiuens, imò sui aduentus scopus is erat dispersos con-
 gregare. Qui uero uoluntarie a Christo recedunt, di-
 ficilius congregantur. Legitur Exo. 9. Quæcunq;
 non fuerunt congregata, sed remanserunt in agris, i-
 sta omnia a grandine perierunt, quæ autem congre-
 gata sunt, reseruata fuerunt: illi enim soli percunt iu-
 ditij Dei grandine, qui dispersi per mundi agros, u-
 riis uitiis succumbunt, alij omnes cū Deus Aegyptum,
 id est mundum percussit disperdentur. Qui uero di-
 uinis regulis, ad Christi gremium congregati, & re-
 seruati fuerint, gladium diuinæ iustitiæ effugient.
 Congregabat autem Christus, & modo per suos con-
 gregat, ad unum Deum, ad idem baptisma, ad ean-
 dem fidem, ad eundem finem, ad idem corpus,
 ad eandem uoluntatem, ad eundem Redempto-
 rem

rem, ad eandem doctrinam. Sed ve pullis minime ad gallinæ alas 'accurrentibus, alij enim rapacibus alitibus superuolitantibus expositi, euadere pericula non poterunt. Quo vero supplicio digni sunt, qui toties a Christo vocati ad bonorum consortium, venire recusarunt? Certe vt eis contingat id quod Saluator infert, Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Sic dicebat Deus Hier. 6. Erudire erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea a te, & ponam te desertam, propterea namq. Iudæi desolati sunt. Sed anima, Deo recedente deserta fit. Ex eo enim quod Deus recedit, omnia in ipsa anima mala proueniunt. Qui igitur non congregantur a Salvatore nostro ad gratiam, congregabuntur ad poenam sic Esa. cap. 24. Et congregabuntur congregatione vnus fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere quasi dicat. Hi qui congregati minime sunt, ad vnum corpus Ecclesię, & ad vnani voluntatem, congregabuntur, quasi in vnum fasciculum colligati, & in inferni carcere concludentur. Sicut Hierosolymitę, non æternaliter solum, sed temporaliter congregati sunt, & venditi ac occissi. Ideo dicebat Esa. cap. 34. Extendetur super eam mensura, vt redigatur in nihilum, & perpendiculum dissolutionis, nobiles eius non erunt, ibi regem potius inuocabunt, & nobiles erunt in nihilum, & orientur in domibus eius spinę, & erit cubile draconum, & pascua structionum, & occurrent demonia & Onocętaurus ibi Lamia, & Eritius, ibi congregabuntur Milui, & iter ad alterum. Ecce quam graphice depin-

Relin-

domus
vestra
deserta.

Hier. 6.

Esa. 24.

Esa. 34.

B iij git

git Propheta, quæ Saluator dixit, nam cum peccatorum mensura fuerit completa, extenditur super eam mensura iustitiæ Dei quæ supradictæ peccatorum mensuræ respondet, & sic per Dei iustitiam ad nihilum redigitur, nobilesq. eius, & Rex, ac Principes similiter. Desolata vero ciuitas, erit animalium habitatio, nam ibi virosæ bestia, alati Dracones habitabunt, spinæq. exorientur, Lamieq. & Onocentaurus, & aliæ pestes ibierunt. Sed ista de reproborum mentibus potius intelligi volo, vt quæ de Hierusalem Saluator ait, ad mors reducamus. In anima siquidem prauis hominis, mensura poenæ extenditur, iuxta culpæ mensuram, & ita desolatur, quia sine Deo anima desolata iudicari potest, spinæ vero pungentes oriuntur, & animalia multa, ibi virosi Dracones inuidiæ ibi, Lamie hypochripsis, ibi Ericius desidiæ, ibi innumera alia praua Demonia, ita vt praua mens infernus iudicari possit; sunt ibi Milui congregati alter ad alterum, prouocantes se ad deuorandum & c. Sed terribile videtur, quod Christus veluti affirmando, solita sua asseueratione, subiungit. Non me videbitis a modo donec & c. Totius rei iacturam homines pati debent, præter id quod Deus ab ipsis recedat, quod intolerabile profecto iudicari debet.

Exo 31. Cum Moses cum Deo loquens moram faceret, populus ad Aaron currens deos petiit, quasi ipsa natura stimulante nequaquam ipsos sine Deo persistere posse. Sic Hieremias desolatæ Hierusalem vicem dolens dicebat. Ideo ego plorans, & oculus meus deducens lachrymas, quia longe factus est a me

Amé di
co vobis
& c.

Exo 31.

me cōsolator meus: Quasi dicat. Nequaquam populi captiuitatem deploro, nec tot corruptas virgines, nec templum combustum, nec tot promiscui sexus per plateas iugulatos, sed quod mihi, deplorandi causam efficacissimam præbet, illud vnum est; Deum longe recessisse, istud vnum iurę deplorandum censeo, cum Dei enim præsentia omnia etiã aduersa tollerari possunt, quod vero absens Deus sit, valde deplorandũ est. Sic sponsa dicebat Canti vltimo. Fuge dilecte mi, similis esto caprę innuloq. ceruorum. Ac si dicat. Si a me recesseris dilecte mi, recede sicut caprea, vel ceruus; fertur enim animalia ista, cū venatores fugiunt, faciẽ retro cōuertere; Sic ergo (ait sponsa) a me recesseris dilecte mi, verte saltem, cum tibi placuerit tuę pietatis faciem, qua me conuertas. Rogandum est, si Christus aliquando a nobis recesserit, vt faciem vertat per gratiã præuenientem, vt peniteamus, & ipsum recipiamus cum acclamatione, Benedictus qui venit. Sed Iudæis Saluator loquens, intellexit. Non me perfidem videbitis, quousq. dicatis credentes, Benedictus qui venit in nomine Domini, confitentes meum in carne aduentum. Alij vero et melius, de secundo Christi aduẽtu intelligunt, vt D. Th. super Matth. Quamuis prior iste sensus etiam suus sit, quasi dicat Saluator. Non me videbitis a modo, id est post breue tempus, quo vobiscum sum in carne, vsque ad iuditij diem, quando vel inuiti, cognoscetis me esse Messiam, & illum de quo Propheta dixit, Benedictus qui venit in nomine Domini, meq. vel inuiti adorabitis, quia mihi omne genu flectetur, terrestrium,

B iiii cœlestium,

Canti.
vlt.

Simile.

D. Tho.

caelestium, & infernorum. Nam tunc eum corporaliter videbunt. Solebat enim Saluator Iudæis suum priorem aduentum credere recusantibus, loqui de suo secundo aduentu. Vel etiam aliter ista Christi verba interpretari possunt de secundo aduentu, ac si Iudæis Saluator dicat. Vos qui nunc me cognoscere minime vultis in carne venientem, quasi Messiam, & benedictum Domini, nō me corporaliter videbitis, quo vsq. in fine mundi conuersi dicatis. Benedictus qui venit in nomine Domini, quamuis vos vestrum Messiam longo tempore expectaueritis. Adhunc sensum Osee cap. 3. dicebat. Dies multos expectabitis me non fornicaberis, & nō eris viro, sed & ego expectabo te, quia dies multos sedebunt filij Israel, sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & post hæc reuertentur filij Israel, & quærent dominum Deum suum sed nos interim attendamus, ad Christi vocem, nos in vnū per charitatem congregantis, & si forte extra eius alas, & securissimam suam tutelam sumus, ad ipsum per penitentiam reuertamur.



Tu

TU ES PETRVS, ET SVPER
 hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,
 & portæ inferi non preualebunt aduersus
 eam, & tibi dabo claues Regni cælorum,
 & quodcumq. ligaueris super terram
 erit ligatū & in cælis, & quodcumq.
 solueris super terram erit so-
 lutum, & in cælis.

Matth. 16.



HIS metaphoricis sententiis, Saluator Petri prima-
 tum depingit, & in primis a similitudine funda-
 mentalis lapidis dicens. Tu es Petrus, & super &c. Hæc
 sententiam nostri temporis nouatores, peruersissime
 interpretantur, non est autem quod illorum dogma-
 ta recenseam, qui breuitati studeo, quiq. ea solum quæ
 ad concionandum aptiora videntur proponere in hoc
 libello decreui, nec id vt subterfugiam laborem dico,
 facilimo enim negotio futilissimas illorum rationes
 in medium productas dissoluerem. Sufficiat igitur
 ad præsens litteralem, & sanam huius sententiæ ex-
 plicationem a sanctissimis Patribus acceptam, pro-
 ponere. Tota igitur huius sententiæ interpretatio
 ab illo pronomine dependet (hanc) quidnam scili-
 cet per hanc petram intelligatur. Manifestum est au-
 tem

C tem

tem si rite litteræ contextus consideretur Petrum, ipsum significari. Quasi dicat Saluator. Tu es Petrus & super hanc petram, id est super te, qui petra es, ædificabo Ecclesiam meam. Cum enim Saluator dixit. Tu es Petrus, quoniam syriace loquebatur non imposuit illi nomen Græcum, ita ut Petrus, quasi a petra deriuatus diceretur, sed vocauit ipsum petram videlicet cephass, quasi diceret Saluator. Tu es petra seu saxum, & super hanc petram, siue hoc saxum, ædificabo Ecclesiam meam. Hoc namq. pronomen hanc significat, scilicet petram de qua est sermo, de nulla vero petra sermo habitus est nisi de Petro, ipse ergo Petrus significatur per hanc petram, & quia Petrus saxum erat, supra ipsum Ecclesiam ædificauit, effectus est enim Ecclesiæ fundamentum. Quamuis autem Paulus dicat. Fundamentum aliud nemo potest ponere &c. intelligitur de primo, cui non solum alij Apostoli, sed ipse Petrus innititur. Hæc autem propositæ sententiæ interpretatio a sanctissimorum Patrum fontibus est desumpta, ei siquidem omnes fere adstipulantur. Tertulianus in libro de præscriptione hæreticorum. Origines in Matth. Et homilia 5. super Exodum. Cyprianus multis in locis, præsertim in epistola ad Iobinianum, & ad Cornelium. Basilius etiam in libro 2. aduersus Eunomium. Ambrosius in sermone de natali Petri & Pauli, & alij multi quos longum esset recensere. Quamuis autem Augustinus per petram intelligat Christum, non negat quin etiam intelligatur Petrus.

Tertu-
lianus.Orige-
nesCypria-
nus.

Basilius

Ambrosi-
us.Augusti-
nus.

Petrus. Sed vtramq. interpretationem proponens optionem dat studiosis vtram eligere malint. Si quando etiam Hilarius, Chryso-^{Hilarius}stomus, Cyrilus, ^{Chryso-}& Theophilatus, in aliquibus locis, per petram ^{stomus}intelligant fidem, & Petri confessionem, non ^{Cyrilus}stat prædictæ interpretationi, non enim loqui-^{Theo-}tur de fide cuiusvis hominis, aut de fide generali-^{philatus}ter accepta, sed de fide ipsius Petri, & propterea idem est, quia hæc duo coincidunt. Nam Petrus petra dictus est & fundamentum, ratione suæ solidæ fidei, quam ei cœlestis Pater reuelauerat.

HANC interpretationem concors pœne sanctorum Patrum consensus amplectitur vt diximus, & inter recentiores Cardinalis Gaetanus, & Cor-^{Gaetano}nelius Iansenius, qui late & erudite cuncta hæc ^{Iansenii}prosequitur, nobis vero sufficiat ista dixisse. Denique prima sententia metaphorica principatum Ecclesiæ, se Petro daturum promittit, quia super ipsum Ecclesiam fundaturus erat. Aduersus quod ædificium, porte inferi non præualebunt: ait Saluator, qua metaphora ostendit nullum humanum connatum, nec diabolicum valiturum. Aliqui per portas inferi doctrinas, & vitia hæreticorum intelligunt, nonnulli demones ipsos. Alij autem per portas inferi Regnum Sathanæ intelligi debere non inepte dicunt, quia in Sacra Scriptura per portas ciuitates & Regna quandoque intelliguntur, sicut ^{Gen. 22.}Gen. 22. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Quamuis ergo Regnum Diaboli Regno

C ij Christi

Christi sit infestum, illud per hæreticos & alia vitia & voluptates impugnans, non tamen præualebit adversus eum, scilicet adversus Ecclesiam. Alia sententia Parabolica etiam Saluator primatum Petri depingit dicens. Et tibi dabo claves regni cælorum &c. Quidam per claves potestatem ligandi atq. solvendi intelligunt. Alij potestatem discernendi inter peccatum & peccatum. Mihi certe Cardinalis Gaetani sententia valde placet, qui per claves Petro concessas, supremam in Ecclesia potestatem intelligit. Quemadmodum enim (inquit) principibus regnum suum intrantibus, in signum supremæ potestatis, claves conceduntur. Ita Saluator Petro se daturum claves promittit regni cælorum, quia supremam in Ecclesia potestatem ipsi concessurus erat. Quæ potestas fuit ad gubernandum mundum, in ordine solum ad regnum cælorum. Hanc interpretationem sequitur Cornelius Jansenius quam doctissime dilatat & exornat. Dixerat Petrus Christo. Tu es Christus filius Dei vivi. Quibus verbis ostendit eum esse Regem cæli, Regem quidem, quia Christus, cæli vero quia filius Dei, huius regni promittit se claves daturum, id est supremam potestatem. Sicut enim suprema potestas domus est, apud eum qui claves habet, quia intronittit & excludit quem vult, & ei cui claves traduntur, totius etiam domus, committitur administratio, ita in presentiarum, sed hæc latius in sequentibus. Ad hanc autem potestatem multa pertinent, quæ summis etiam Pontificibus Petri successoribus supremam etiam in Ecclesia potestatem gerentibus conveniunt.

CON.

CONCIO.

RES GRAVES, & quarum multum interest, nō statim finiuntur, cum fieri incipiunt. sed paulatim incrementa suscipientes ad perfectionem adducuntur. Id ita esse Deus in rerum creatione ostēdit quam sex diebus perfecit, quasi naturæ exemplum præbens quo didicit, ab imperfecto ad perfectum procedere. Id ipsum in baptismatis institutione videre licet, primo enim Saluator quasi materiam præparando, aquas sanctificauit in Iordane ipse ablutus. Postea huius secundę natiuitatis necessitatem declarauit Ioannes. 3. Deinde ministris virtutem baptizandi concessit, mittens illos binos, & binos vt prædicarent, & baptizarēt, vltimo formam docuit, simul præcipiens: vn omnes baptizarētur Matth. 28, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos &c. Inter mysteria vero noui Testamenti, non minimum est Vicarij Christi institutio. Ea propter Saluator pedetentim processit, vt aliis exemplum preberet, qualiter prælatos alios instituere deberent. Primo Saluator aspexit Petrum ad mare Galileæ, postea eum ad se vocauit, & discipulum fecit, deinde ex discipulo in Apostolum consecrauit. Demum primatum ei inter Apostolos concessit, vt huius Euangelij narrat historia, vltimo post resurrectionem totius supremæ potestatis in Ecclesia possessionem dedit. Quamuis autem nil homines boni habeant quod non ipsis a Deo datum sit, sicut Petrus, qui tanta potestate a Christo donatus est, voluit t mundo appareret, tale munus ipsum meruis-

se, vt magis in eius honorem cederet. Honores enim maxime Ecclesiastici, quamuis non in premium concedantur, id enim a Deo expectandum est, tamen in signum & testimonium meriti concedendi sunt. Sic etiam reges, quos honorare decreuerunt, aliquod ipsis prius munus iniungunt: vt id meruisse videantur, sicuti legationem aut aliquid huiusmodi. Ita Petrus supremam potestatem, & eius possessionem fide, & charitate præcipua promeruit: de possessione Ioannes loquitur capite vltimo. Principatum vero ingenua fide & supra humanum captum confessione meruit occasione accepta huiusmodi.

Io. vlt.

Venit
Iesus in
partem
Cæsareæ
&c.

SÆCESSE RAT Christus in Cæsareæ ciuitatis confinia, quæ in Iudææ finium recessu posita erant, vbi Cæsaris tributa soluebantur, in ea Saluatori placuit summum Petro Pontificatum concedere, ad ostendendum Petrum ab omnibus gentibus fidei tributa exacturum, supraque Reges & Cæsares potestatem accepturum, & ipsam Cæsarem ciuitatem, nempe Romam, posito fastu Vicario Christi morigeram futuram sicut dicebat Isaia. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit, & conculcabit eam pes pauperis, gressus ægenorum. Ista sublimis ciuitas Roma est, quæ super alias totius orbis prouintias, caput extulerat. Humiliauit vero eam Petrus, & ponere fastum, & superbiam docuit ipsamque factus Christi Vicarius conculcauit, quia spirituale, & temporale, in ea dominium exercuit, per successores. Id est quod Babylonis Regis visione ostenditur, Petra enim statuam illam multis metallis costantem, protriuit, quæ postea creuit in montem. Christus enim pe-

tra

tra, ex qua Petrus, Romanum Imperium, deleuit, qui postea in motem creuit, super quo Ecclesia fundata fuit, quod quidem Petrus sua confessione promeruit. Recensitis enim opinionibus, in quas vulgus scindebatur, nam alij Ioannem Baptistam surrexisse, alij Heliam iam venisse ipsumque esse, alij Hieremiam qui Babylonicam captiuitatem, prædixit, dicebant, ad suos Saluator conuersus dixit. Vos autem quem me esse dicitis? Extra Ecclesiam scismata sunt sectiones, & opiniones, quibus hæretici dissentiunt, in Ecclesia vero idem omnes dicunt, eadem est circa fidem sententia. Sic dicebat Paulus ad Phi. 2. Si qua consolatio in Christo, si quod solatium charitatis si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis, implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, id ipsum sentientes. In Egipto tenebræ erant & mortes, & tot a Deo immissee pestes, in terra vero Iesse vbi Israelitæ erant nihil horum inerat. Similiter inter hæreticos extra Ecclesiam sectiones sunt, atq. falsæ contra Euangelium sententiæ, inter fideles vero, idem spiritus eadem fides, eadem confessio. Nulla res magis in Ecclesia nocet, quam sententiarum, & opinionum diuersitas. Quamuis enim multi sint Prædicatores idem sentire, idemque annuntiare debent. Propterea Petrus pro omnibus loquitur: In signum etiam, quod res fidei definiendi arbitrium ad ipsum, & eius successores, spectare deberet, sicut Hieronymus in epistola ad Damasum testatur, dicens. Apud vos incorrupta patrū seruatur hereditas, & alia id gentis multa. Petrus etiam pro omnibus respōdet,

Vos autem
tem quæ
etc.

Pgi. 2.

Respon
dens Si-
mon Pe-
trus.

Hiero-
nymus

C iij

quia

1. Reg. quia qui aliorum caput esse debet, plus aliis scire, & intelligere oportet: Sic Samuel ostendens Saul populo dicebat. Certe videtis quem elegit Dominus &c. ab humero enim, & supra omnes excedebat. Quia prelatas numeros ad labores ferendos fortiores aliis habere debet, capite etiam in quo sensus viget alios excedat: Nam omnia fidei mysteria explicite, non scire solum, sed docere, & palam profiteri oportet. Ita qui in Episcopum consecrandus est, symbolum fidei primo profert. Sic Petrus. Tu es Christus filius Dei vivi: Altissima profecto, & supra hominem sententia. Quasi dicat. Non es Helias, qui curru igneo in cælum abstripi visus est, sed es qui e cælo in terram descendisti, ut homines a terra in cælum defferres. Nō Hieremias qui in matris utero sanctificatus fuit: sed potius qui tuam matrem ante suum ortum iam præexistens, longe sublimius sanctificasti. Non Ioannes Baptista, qui nullum signū fecit, tua vero miracula si recenserentur cuncta, mundū obstupescerent. Ioānes peccatorū penitentiā prædicabat, tu peccata condonas. Non es aliorū Prophetarū quispiam, qui ut plurimum, gladium, mortes, dira, & pestes, quæ ab irato Deo hominibus immissis olent antiaūbant, sed es qui Euangelium id est bonum nuntium prædicas.

Tu secūda Trinitatis persona. Ego patris pronome, tu filij, ille Spiritus sancti, qui patris, & filij vinculum est. Tu secunda persona quæ procedit, & prima, ex qua & prima procedit tertia. Tu es qui es, o æternitas: tu qui es hæri, hodie, & in sæcula, ad Hæbre. 12. Christus unctus a Spiritu sancto, non ad mensuram, sed plenissime,

me,

me, sic Esa. 61. Spiritus Domini super me &c. Et quemadmodum unguentum Aaron, non in barbam solum, sed in oram vestimenti eius defluebat. Ita gratia Christi vsq. ad vestimenta eius profluit, vestes Saluatoris fideles sunt, sicut Esa. dicebat cap. 49. His omnibus quasi ornamento vestieris, ad fideles igitur gratia Christi deriuatur. Sic Io. 1. de plenitudine eius &c. Ideo nos a Christo christiani dicimur, quasi eius etiam gratia vncti. Tu es ergo Christus. Deus vero quia filius Dei viui, nam pater Deus, tu qui ab eo genitus es Deus es, tu Deus de Deo, Pater Deus a quo Deus, Spiritus Sanctus ab utroq. Est autem filius Dei viui, quia generatio eius naturalis est, longissime imò in infinitum a nostra generatione distans. Nos enim geniti sumus voluntate Dei antecedente generationem, ita quod si Deus noluisset minime nos eius adoptiui filij essemus, sumus autem quia sibi placuit, nos generare, sicut Iacob. 1. dicebat cap. 1. Voluntarie genuit nos. Generatio vero æterna Christi non voluntate libera antecedente generationem facta fuit, scilicet, non quia Deus voluit genitus fuit, ita quod si non voluisset non esset genitus, sed naturaliter, ita quod ideo Christus filius Dei est quia Deus est. Quod quidem Petrus insinuare voluit cum dixit. Filius Dei viui: quia viuere viuentibus est esse, si ergo Dei vita est eius esse & Christus est Dei viui filius, est ergo Dei filius quia Deus est, quia nunquam Deus fuit, nec esse potuit sine filio. Quia eternaliter viuit, eternaliter generat. non potest non esse, nō potest non viuere, non potest non generare. Sic etiam Christus non potest non esse, nec potest non generari, non

Esa. 61.

Esa. 49.

Ioan. 1.

Iacob. 1.

ri, non potest non Dei filius esse. Ecce qualiter in altum Petrus ducens, rete ad capturam misit, qui humanitatis, & diuinitatis profundam abyssum, & altissimum sapientiæ Dei pelagus ingressus, supremam fidei confessionem expiscatus fuit; Qui tanta breuitate, tot sententias conclusit. Sic eum oportebat scire, qui Christi cathedram tenere scientiæ, & religionis, & iudicij, debebat, vt veram totum mundum religionem docere, & a falsa auertere posset. Sed hic naturam fidei & quomodo crescat notare licet. Nam interrogatus Petrus de filio hominis, ad diuinitatem cõsurgit, ita ipse Petrus 2. Pe. 3. dicebat: Vos igitur fratres præscientes custodite, ne insipientium errore traducti, excidatis a propria firmitate, crescite vero in gratia, & cognitione Domini nostri Iesu Christi. Hoc augmentum fides præstat. Plus enim nobis fides ostendit quàm multiplex humana ratio. Propterea fides a Paulo speculo comparatur. 1. Co. 13. Videmus nunc per speculum &c. Propriis enim oculis corpus nostrum, & manus videmus, speculo vero etiã faciem cum corpore aspiciamus, ita plura fide nobis reuelate cognoscimus, quàm propria ratione. Ea Petrus ad generationis eternæ cognitionem peruenit. Qua nos etiã ad Dei cognitionem assurgimus, quæ vt Saluator ait vita æterna est, de qua etiã Salomõ Pro. 3. dicebat. Lignum vitæ est, iis qui apprehenderunt illã, & qui tenuerit eã beatus. Qui enim veram fidem apprehendunt, quæ a Salomone sapientia dicitur, ipsis veluti lignum vitæ in paradiso est, qui beati dici possunt. Est enim fides thesaurus qui comparandus est. Propterea congruentissime Saluator Petro

2. Pe. 3.

1. Co. 13.
Simile.

Pro. 3.

Petro

Petro dixit. Beatus es Simon Bariona, id est columbe filius, propter fidei simplicitatem. Si enim qui terrenis abundant thesauris, beati sunt, longe melius Petrus propter fidem, de qua Prouer. 3. Melior est negotiatio eius acquisitione auri, & argenti. Est ergo beatissimus Petrus, de quo Prouer. 3. Beatus vir qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia: Is enim vere beatus est, qui veram fidei sapientiam inuenit, quiq. prudentia vera qua præterita, præsentia & futura cognoscit affluit, e contra vero miseri iudicandi sunt qui eam foci pendunt, sicuti apertissime Baruh dicebat: Quid est Israel quod in terra inimicorum es, deseruisti fontem sapientiæ, discæ vbi sit prudentia vbi sit virtus, vbi intellectus, vt scias simul vbi sit longiturnitas vitæ, & victus, vbi lumen oculorum, & pax. Quasi dicat. Ea propter miser es, quia reliquisti fontem sapientiæ, qua Deum & agenda cognosceres. Discæ ergo veram prudentiam, quæ fidem continet, & intellectum, quo ea quæ sunt fidei apprehendimus, vbi longiturnitas vitæ, quæ in Dei cognitione consistit, vbi lumen oculorum, id enim fides in anima efficit, quod oculus in corpore, pax etiam per fidem acquiritur conscientia: sic Paulus ad Roman. 8. Prudentia carnis mors est, prudentia vero spiritus vita, & pax: Spiritualis enim prudentia qua agenda ordinamus, ad studiose, recteque viuendum, vita est & pax, quamuis prudentia carnis mors sit: Quia vt idem Paulus ait. Qui secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: qui vero secundum spiritum quæ

Beatus
es Simo

Pro. 3.

Pro. 3.

Baruh.
3.Rom. 8.
Caro &
sanguis
non re-
uocauit

D ij sunt

Rom. 8. siuit spiritus sentiunt ad Rom. 8. Carnales enim ho-
 mines carnalia solum intelligunt, spirituales vero spi-
 ritualia, & suprema cognoscunt diuino sibi lumine re-
 uelante. Sic Petrus ea quæ de Christo asseuerauit, non
 humana ratione nec proprio sensu, qui per carnem &
 sanguinem intelligitur cognouit, sed Deo sibi supre-
 mo lumine reuelante. Quia quæmadmodum sol suo
 se lumine spectandum præbet, & luna, & alia corpora
 cælestia. Siquis spiam vero accensa face, solem vide-
 re tentaret ridiculus profecto & insanus esset. Sic
 Deus proprio lumine reuelato cognosci debet, qui
 vero rationibus humanis diuina mysteria intelligere
 tentat ridiculus esset sine reuelato lumine. Nec po-
 terat Petrus nullis alio quim litteris præditus, quæ con-
 fessus de Christo fuit intelligere, nisi Deus ipsi reuelaf-
 set. Decens autem erat, taliter eum diuino spiritu in-
 strui, qui aliorum magister futurus erat. Nam sicut Sal-
 uator Deū homines cognoscere fecit, ita Petrus Chri-
 stum, & sicut Saluator militum Dei supremus dux est,
 sic Petrus Christianorum, & omnium militum Chri-
 sti dux est. Et sicut Christus imago Dei extitit, ita Pe-
 trus fuit imago Christi. Et sic Saluator, ad eandem
 similitudinem, qua sibi Petrus dixit. Tu es Christus
 filius Dei uiui. Dicit ipsi. Ego dico tibi, quia tu es Pe-
 trus. Tu, taliter quod nullus alius ex condiscipulis e-
 rit, neq. enim alijs collatum fuit, quod petro quan-
 tum ad iurisdictionem supræmam, neq. alij discipuli
 fuerunt quod Petrus, qui pastor fuit, & principatum
 inter ipsos obtinuit, fuitq. caput totam Ecclesiam re-
 presentans sicut Rex Regnum, & pater familias do-
 mum.

Tu es
 Petrus.

mum. Tu ergo (ait Saluator) super omnes singulariter princeps eris es, hoc verbum es eternitatē quodammodo significat Petri enim sacerdotium & principatus, & dominium æternum quodammodo est. Ea enim consuetudo est Dei, vt primo a se constituto, ab ipso reliqua successiue procedere sinat. Ita vt qui primum quasi normam aliorum effecit, reliqua etiam efficere censeatur. Deus primo hominem formauit & mulierem, reliquos ab ipsis per generationem procedere reliquit. Cum Moyse legem concessit, duas illi tabulas lapideas dedit, quibus cōfractis voluit ipsum Moysen alias duas conficere. Deus etiam Aaron per se ipsum summum Pontificem effecit, a virga mirabiliter floribus & amigdalibus erumpentibus: ipsi vero demortuo filius eius per Moysen confucatus successus est, & alios vnum alteri succedere voluit. Id ipsum in nouo Testamento apparet, Saluator duodecim Apostolos constituit, sed deficiente numero ipsimet Mathiam in locum Iudæ subrogarunt. Voluit etiam vt ipsi Apostoli, Paulum & Barnabam ad Euangelium gentibus prædicandum deputarent. Similiter Christus per se ipsum Petrum Papam constituit, reliquos ab ipso successiue per electionem canonicam procedere voluit, & qui Petrum cōstituit, reliquos ipsi legitime succedentes, instituere censendus est. Et quemadmodum a Christo vsq. ad Abraham, per genealogiam recta cōsurgimus, & ab Abraham vsq. ad Christum, recta descendimus, ita Sixto vsq. ad Petrum cōsurgimus, & a Petro vsq. ad Sixtum recta descendimus. Et sicut Apostoli Prophetis successerunt, prout David dicebat.

Psal 44

D iij

bat.

bat. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Nam Prophe-
te Christi patres erant, pro quibus Apostoli filij Chri-
sto dati sunt. Ita Petro omnes Pontifices succedunt.
Et sic Petri sacerdotium, quodammodo æternum est.
Tu es ergo, Petrus. Ego Ecclesiæ meæ petra sum, tu lo-
co mei petra esto. Saluator Mariæ filius, Ioannes Ma-
riæ filius vocatus. Christus moriturus, Virgini matri di-
xit. Ecce filius tuus, & Ioanni. Ecce mater tua, quasi di-
cat. Pro me ei filius esto, quasi me post mortem re-
presentans: vt eius filius. Ad eundem pene modum.

Ego petra sum Ecclesiæ, tu pro me es petra. De hoc la-
pide dicitur. Gen. 28. Erexit Iacob lapidem in titulum.

Iacob Saluator lapis Petrus, in titulum suæ Ecclesiæ,

petram istam erexit, quasi primam. Omnes Apostoli
Petre dici possunt, Sicut Io. Apo. 2. dicebat. Fundamē-
ta duodecim, & in ipsis nomina Apostolorū agni. Sed

primus lapis Petrus est, postea reliqui. Fundamētū pri-
mum (ait Io.) Iaspis qui (vt Hic. ait super Esa.) noctur-

nos timores fugat, iste Petrus est qui hereticas illusio-
nes euanescere facit. Ita ipse primus Symbolū inchoa-
uit per Verbum Credo, ostendens religionē nostram

per fidem incipere. Sic Euangelistę Apostolos nomi-
nantes, primo Petrum nominant. Sic Matth. 9. Primus

Simon Petrus, quia primus lapis est, de quo Ge. 49. Pa-
stor egressus est lapis Israel. Petrus pastor ouium Chri-
sti, & lapis Israel, id est fundamentum eorum qui Deū

per fidē vident. Propterea Paulus, Petro dixit: (vt Dio-
nysius Arcopagita refert) Pax tecum pastor ouium Chri-
sti, & fundamentū Ecclesiarum. Et quis dubitat quim

illud Gen. 8. Edificauit Dominus costā quā tulerat ex
Adam

Adā, de seruiat huic mysterio, præter id quod omnes norūt? Christus Adā, Eua Ecclesia, Costa beatus Petrus primū & propinquissimū Christi membrū, supra quod & supra! Apostolicam eius fidē, fundata est Ecclesia & edificata. Certum est nullum posse Deum Patrem habere, qui non Ecclesiæ Petri filius sit: fides Petri, fides Christi, qui a fide Romana segregatur, a fide Christi disiungitur, quia Ecclesia Christi est Ecclesia Petri & qui ab Ecclesia Petri scilicet, Romana separatur, a Christi Ecclesia disiungitur. Illa vera Ecclesia est, quæ Christū fundatorē habet, & post Christum Petrū qui ergo Ecclesiā a Petro separant, ab ipso etiam Christo separāt Ita 2. Io. 4. Omnes qui soluit Iesum, Antichristus est & ex Deo nō est: Christus suæ Ecclesiæ vnitus est, imò vnū quispian cum ipsa est, quia est eius caput, & ipsa corpus, Ecclesia vero vnita est Petro vt fundamento post Christum, qui ergo soluit Ecclesiam a Petro, soluit nodum Christi cum Ecclesia, Petrus est, qui quodammodo Christum cū Ecclesia ligat, omnes hereticorum tehne soluere, & diuidere volunt, & nostri temporis nouatores id ipsum intendunt, & omnes illorum machinæ ad id præsertim diriguntur, vt Ecclesiam a Petro separent. Aduersus Christum bella gerunt, & quia id aperte facere verentur, aduersus Petrū consurgunt. Iudas cum Christum tradidit ad hortum cum militibus processit, quia (vt Euangelista ait) sciebat Iudas locum vbi frequenter Iesus adderat cum discipulis suis. Locus vbi Christus cū discipulis est, id est cū Ecclesia, cathreda Petri est, hūc locū hereti sciunt qui domestici antea erāt, & ideo cum militibus ilhuc

D iij profi-

proficiscuntur vt Christum capiant, id est ad Petrum, & eius cathedram iacula dirigunt, & reuera contra Christum, quamuis contra Petri potestatem bella gerere videantur. Nam si Ecclesie petram disrumperent Christum considerent. Sed quamuis hæretici omnes simul consurgant, nequaquam Petri cathedram, & edificium fortissime fundatum euertere poterunt, adeo fortiter Ecclesia cū suo fundamento colligatur. Nulla propugnacula aut castella adeo firma sunt, quæ si terremotus fiant, non corruant, nam exhalationes intra terram inclusæ, exterius erumpentes, terremotusq. scientes, obuia queq. demoliuntur: Et quo profundius commouentur eo fortius perflant, & maiores terremotus excitant. Ita vt dehiscens terra, & ad aperta per voragines, quasi per ora, pelagus, montes turrata templa, & ciuitates absorbeat. Ita igitur Ecclesie fortitudinem & firmissimum eius edificium cognoscemus. Quamuis enim ab Imo inferni, hæreses veluti exhalationes, a diabolo emissæ per hæreticorum fraudem, & violentiam, quasi per suas portas, exterius erumpentes, terremotus, excitent, & cuncta commoueant, nequaquam Ecclesie fundamenta excindere poterunt. Imo etiamsi terra metet, & diabolus per hæreticos, quasi per inferni portas, pestes emittat, præualere minime poterit. Nec quamuis fraus & violentia hæreticorum, malitiæ neruos intendat, Ecclesiam subruere poterunt, tanta est eius firmitas. Adueniant, & in vnum vocant tyranni, hæretici prauis homines, hypochrite, qui quasi ventiquattuor ab inferni portis egrediuntur, nec singuli nec omnes simul, aduersus Ecclesiam

Simi.

Et porro
iasferi
non pre
ualebunt.

clesiam præualere poterunt. Psa. 60. Dum anxietur
 cor meum, in Petra exaltastime: quamuis enim Eccle-
 sia anxie tribulationes sustinuerit, & in præsentia
 sustineat, & in posterum expectet, non est quod timeat.
 propter Petræ firmitatem, in qua fundata est. Solent
 qui aperto Marte, muros aut propugnacula, diu tormen-
 tis diuerberata labefactare non possunt, cuniculos
 intra terram efficere, per quos quasi per buccas, inclu-
 sis tormentarij pulueris fomentis, igneque succensis, fun-
 damenta murorum excindunt. Huius enim portento-
 se machinationis astum, fortissima propugnacula in su-
 blime abripi cum ruina multorum mortalium, cerni
 solent. Ita hæretici qui aperto Marte Ecclesiam, Chri-
 stumque aut eius vicarium, impugnare non audent, per
 clancularios astus, secrete per suos ministros, quasi
 per inferni portas hæresum flammam succendere, qua-
 si per cuniculos student, sed minime præualere pote-
 runt, aut Petri castrum (scilicet Ecclesiam) quod sibi
 Christus collatis clauibus quasi vicario custodiendum
 tradidit, taliter expugnare, ut Petrus vel eius vicarius,
 clauis sibi ad gubernandum traditas, alteri extraneo
 tradat, sed fortissime custodiat, securissime tesseræ no-
 men conseruans. Solent enim qui alicui beneficium,
 vel dominium aliquod concedunt, clauis illi, in signum
 pacifice possessionis tradere. Ita Saluator Petro, &
 eius successoribus, primatum in Ecclesia sua conce-
 dens, clauis illis tradidit, in signum supremæ potesta-
 tis, & ut ostenderet dominos in spiritualibus constitue-
 re, quæ debite dispensare possent omnibus sibi subie-
 ctis. Antiquitus Janus cum clauibus depingebatur
 E quasi

Simil.

Simil.

Et tibi
dabo cla-
ues.

quasi portarum dominus, cui pudicicię custodia com-
 missa erat. Sic Petrus cum clauibus iure depingitur,
 quas sibi Saluator ad coelum aperiendum, & clauden-
 dum concessit. Isti enim sunt adequati clauium actus
 licet aperire & claudere, inadequati vero clauium
 actus sunt ligare & soluere. Multis enim aliis modis
 regnum coelorum, aperitur & clauditur, præter ligan-
 do & soluendo. Petro ergo & successoribus, clauis
 cum adequato ipsarum actu concessit. Per clauis er-
 go regni coelorum, suprema potestas gubernandi Ec-
 clesiam intelligitur, sicuti suprema domus alicuius po-
 testas, penes eum esse censetur, cui pater familias cla-
 ues omnes concessit. Ad hunc sensum dicitur Esa. 22.
 Et dabo clauem domus David super humerum eius,
 & aperiet, & nemo erit qui claudat, & claudet, & ne-
 mo aperiet. Pollicetur, enim Deus iis verbis Elia-
 chim filio Helchię ministro Regis Ezechię summam
 in aula Regis, & in ciuitate Hierusalem potestatem.
 Sic etiam Io. Apoc. 3. De Christo ait. Aperiet & nemo
 claudit, claudit & nemo aperiet. Petrus ergo qui Chri-
 stum Regem cognouit, & Deum confessus est, & eius
 potestatem coelestẽ prædicauit, meruit vt Christus, su-
 premam post se in suo regno sibi potestatem conce-
 deret. Ad has vero clauis Petro commissas, pleraq. per-
 tinent, præter ligare & soluere, quibus coelum aperi-
 tur & clauditur. Quemadmodũ enim qui alicuius ci-
 uitatis clauis habet, & supream post Regẽ auctoritatẽ,
 multa potest, ita Petrus. Primo potest eos recipere qui
 per baptismũ ingræssi, legibus Ecclesię subiici volunt.
 Præterea ad ipsum spectat, leges illis tribuere. Simili-
 ter

ter si pacem turbent, eos ab Ecclesia eiicere demum Ecclesiæ ministros instituere, & alia huiusmodi. Quæ quidem aliis Apostolis, & sub inde Episcopis & sacerdotibus partim concessa sunt, sed supræma potestas apud Petrũ est. Sic etiã reliquis Apostolis dixit quodcũq. ligaueritis &c. Quibus verbis ipsis, & Episcopis, & subinde sacerdotibus, ligandi & soluendi potestatem dedit, vnde tota ipsorum dignitas cõsurgit. Si ergo instrumeta nescio quid habent principalis agentis, cuius virtute mota mouent, dicendum profecto ministros Christi, qui Deus erat & homo, aliquid pene diuinitatis supra alios habere, ita vt semidei, dici possint, imo David ait. Ego dixi *Psal. 81.*
 Di es stis, quasi medij inter Deũ, & homines. Sicut Paulus dicebat ad Heb. 5. Omnis Põtifex ex hominibus assumptus pro hominibus cõstituitur in iis quæ ad Deũ sunt &c. Quia cũ sacrameta sint inuisibilis gratiæ, visibiles formæ, oportuit ministros visibiles esse, & quod ex hominibus assumeretur: Quorum vnum caput esse debuit. Quantum ergo ad potestatem ordinis, quæ corpus reale Christi respicit, omnes sacerdotes pares sunt. Sed quantum ad iurisdictionem, & supremam potestatem Petrus omnium summus, & primus est, nõ enim esset ordo, ni primus esset, sublato enim primo totus ordo tolleretur. Sic Esa. 54. Ecce ego sternã lapides tuos *Esa. 54.*
 per ordinem, sed primus lapis Petrus est, ad quem omnes quasi ad potestatis principium post Christum respicere debent ita Esa. 51. Attendite ad petram vnde excissi estis: quasi dicat. Aspiciate ad Petrum qui Ecclesiæ fundamentum est, imitamini fidem eius *Esa. 51.*
 imitamini eius charitatem cuius gratia in pasto-

rem eligi meruit, imitamini zelum eius in suas oues, eius etiam humilitatem, qui cruci addictus nequaquam, eo quo Saluator modo, crucifigi uoluit, qui a terra ad coelum per crucem ascensurus erat.


VOS ESTIS SAL TERRAE,
quod si sal euauerit in quo salietur, ad
nihilum ualet ultra nisi, ut mittatur foras,
& conculcetur ab hominibus, vos
estis lux mundi, non potest ci-
uitas abscondi & c.

Mathæ. 5.

HIS metaphoricis titulis Saluator discipulos suos exornat, quos non est difficile secundum litteralem sensum explicare, non enim multas patiuntur expositiones litterales, quamuis aliquot patiantur morales. Apostoli ergo sal sunt ad condiendum appetibilia sua conuersatione, & lux ad illuminandum intelligibilia sua doctrina, & quantum ad statum & dignitatem ciuitas, quæ non potest abscondi cum sit supra montem superioris status ex intentione Christi, quod quidem ostendit alia lucernæ similitudine, sed ista ne iterum repetantur in præsentia dicta sufficiant.

CON.

CONCIO.


VEM ADMODUM Academiae præter litterarum splendorem, quo discipuli illustrantur, titulos ipsis, & aliis concurrentibus, examine probatis concedere solent, quibus eos personæ quam induunt, & numeris postea exercendi admonent. Ita Saluator cælestis Academiae summus præceptor, apertis diuinæ sapientiæ thesauris, electos a se Apostolos, honoris titulis decorat, quos non solum dignitatis concessæ, sed officij postea exercendi, commune facit. Conscenderat Saluator cacumen montis, multis retro turbis concurrentibus. Is primus eius suggestus fuit, duodecim apud se montes habens, de quibus David. Montes in circuitu eius, ad ostendendum ipsos supra alios virtutum eminentia cõsurgere debere, quosq. suæ claritatis radiis prius veluti Sol illustravit. Ibi ergo positus ad aperta techa, in qua cælestes thesauri condebantur, beatos pauperes, mites, flentes, esurientes iustitiam, pacificos, corde mundos, & persecutionem pro iusticia patientes prædicavit. Veluti si auditores cõuiuio exceptos, ista omnia quasi exquisitas dapes apponeret. Quæ quidē, quia noua & inaudita erant, quod non ita aude ab auditoribus reciperentur, minime mirandum fuit. Ea enim seculares homines detestantur. Dicereq. auditores poterant, quod Israelitas Pharaoni dixisse legitur. Exo. 8. Abominationes Egyptiorum sacrificabimus Deo nostro? Mūdānis enim hominibus nil paupertate abominabilius, quos effera diuitiarum fitis excruiat, mansuetos autē timidos, & inertes appellant, luctum vero

Pl. 124.

Simi.

Exod. 8.

E iij quasi

Iob. 6.

Vos estis sal terræ.

quasi naturæ pestē abominatur reliqua etiā omnia detestatur, morte vero propter iustitiā, nil ipsis horribilius: ista ergo quæ seculares tā opere detestatur, vt tibi offeramus præcipis. Similiter Iob dicebat. Nūquid potest comedi insulsū quod nō est sale cōditū? Illa omnia insulasūt quæ nobis comedēda proponūtur, quid enim insulsius paupertate, lachrymis, persecutione, morte? quomodo ergo ista comedi poterūt nisi sale prius cōdiātur? Tūc Saluator ad Apostolos cōuersus dixit. Vos estis sal terre: ac si diceret. Ista omnia quæ proposui insipida forsam secularibus hominibus videbūtur, vos vero sal estis, quia vestris studiosis morib⁹ & cælestis vitæ studio, & cōuersatione, sic ista cōdiēda sunt, vt saporosa reddātur. Taliter enim vos diuitias detestari oportet, vt dulcē paupertatē reddatis. Ita iniurias facile propter Deū vos cōdonare oportet, vt māsuetudo sapida fiat, luctibus vero indulgere, & pacē, cordisq. munditiā, ita vos habere decet, vt nō ista insipida hominibus appareāt, persecutiones vero, labores vincula, carceres, & mortē propter iustitiā, ita alacriter vos ferre oportet, vt talia saporosa, vestroq. exēplo prius cōdita, homines minime detestētur sed auidissime cōplectantur. Quod quidē ita factū esse experiētia cognoscimus. Taliter nāq. Christus, & eius Apostoli, ista dulcia reddiderūt, vt innumeri supra quā dici potest promiscui sexus, diuitias cōtēnētes, pauperime vixerūt, laboresq. & persecutiones, propter fidem ita cōtātērtulerūt, vt exquisitissima tormēta, quibus eos tyrāni excrutiabāt, cōstātissime pertulerūt, immo aliqui super prunas, ita tyranniscōpellētibus, incedētes, super flores se ambulare dicebāt. Nō solū vero Apostoli, sed Apostolici viri eorū successores, extremo hoc velut imū

di

di tēpore, ista omnia desuetudine insipida facta, ita ea
 vt sal dulcorarūt, suo exēplo, & cōuersatione, vt innu-
 meros post se successores habuerint. Tales fuere Do-
 minicus, Frācisus, Thomas, Bernardus, & alij iis Prio-
 res, Basilius, Benedictus. Omnes enim isti viri Apostoli-
 ci, veluti sal ita Apostolicā paupertatē, abstinentiam, lu-
 ctū, litterarū exercitiū, humilitatē, obediētiam & alia hu-
 iusmodi saporosa reddiderūt, vt innumeros sui institu-
 ti successores habuerint, qui humilē habitū induti cę-
 nobiis se ad religiose perpetuo viuēdū incluserūt. Nec
 ob id solū Apostoli, & Apostolici viri sal terrę nuncupā-
 tur, sed propter discretionem etiā quā sal significat, vt
 Saluator Mar. 9. dicebat Habete in vobis sal, scilicet di-
 scretionem, qua modus in omnibus rebus statuendus
 est. Ad Apostolos enim, & Apostolicos viros spectat
 sua discretionem modū in rebus statuere, quē seculares
 homines prætergrediētes studiose operari nō possunt,
 est enim (vt poeta ait) modus in rebus quē vltro citroq.
 nescit cōsistere rectū. Et hoc quidē apertissimis exēplis
 manifestū erit. Quicumq. cōpotationibus, & comessa-
 tionibus modum excedunt temperati esse nō possunt.
 Qui etiā taliter abstinentiæ a cibis sededunt, vt sua corpo-
 ra vitę periculo exponāt, minime tēperati esse possunt,
 si vero iis duobus extremis, per discretionem modum
 quasi salis granū imposueris, taliter quod nec in come-
 dendo, nec in abstinēdo mensuram excedas, tēperatiæ
 virtutē exerceas, & tēperatus dici potes. Similiter, teme-
 rarij, qui obuios quosq. adoriūtur, nō sunt fortes, quia
 modū excedunt, qui vero inter timorē, & audaciā mo-
 dū quasi granum salis posuerit iure fortis dici poterit.
 Id ipsum de iustitia & aliis virtutibus dici potest. Imo

Mar. 9.

Hora-
tius.

nulla virtus sine discretione virtus est. Ea propter A-
 postoli, & Apostolici viri sal dicuntur, quia sua pru-
 dentia, modum in omnibus rebus seruare docent,
 quod Religionum fundatores suis regulis & statutis
 præstititerunt, sicut Dominicus, Franciscus, & alij. Ob id
 præcipiebat Deus Leui. 10. Vt in omni sacrificio pone-
 retur sal, quia quid quid boni operis Deo offeri volu-
 mus, oportet vt ipsum discretionis sale condiamus, nã
 si in operationibus modum tollas, virtutem auferes.
 Sic Saluator dicebat Marci. 9. Omnis igne salietur, &
 omnis victima sale salietur, homines enim igne tribu-
 lationis probati, & examinati condiuntur, & omnis
 victima boni operis, quæ Deo offertur, vt sale discre-
 tionis condiatur oportet. Et quia homines ipsa care-
 re solent, ad Apostolicos viros spectat modum ipsis
 statuere.

ALIA & forsam altiori ratione Apostoli & Apосто-
 lici viri sal terre appellati sunt (quam si amplecti volue-
 ris sic contionem exordieris.) Tanta gratiæ Dei virtus
 est & efficacia, vt homines in sublime rapiat, & altioris
 conditionis eos efficiat, in Deum q. transformet, & ne-
 scio quid illis diuinitatis concedat, quod quidem Pau-
 lus multis in locis asserit vt 2. Co. 3. Nos autem gloriã
 Domini specularantes, in eandem imaginem transfor-
 mamur, & 2. Co. 6. qui adheret Deo vnus spiritus est
 cum eo, charitas enim, & gratia homines deiformes fa-
 ciunt, Aliter enim accidit quam cum cibo, homines
 enim calore natiuo assumptum cibum, in sui corporis
 substantiã conuertunt. Homines vero gratia Dei præ-
 stantes, non Deum in se, sed Deus ipsos in se transmu-
 tat,

sicut Augustino dictum est. Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuę, sed tu mutaberis in me. Imo de samaritis Saluator suis discipulis dicebat. Ego cibum habeo manducare quę vos nescitis, quia credituri erāt Samaritę: nā homines fidē, & charitatē habentes Deus in se quasi cibum conuertit. Et illud est Apostolorum & Apostolicorū virorum officium, condire vt Dei instrumenta, quasi sal eos, qui in Deum transmūtādi sunt. Anima enim corpori coniuncta (præterquā quod peccato inficitur) degenerat, & vilem quandam conditionē induit, ante quā baptismi lauacro mūdetur, sicut ipsi animę Deus dicit Ezech. 16. In die ortus tui non est præcissus vmbilicus tuus, nec aqua lota in salutem, nec sale salita: Ac si diceret. Cum orta corpori coniuncta es, non est lota aqua per baptismum in salutem, nec sale salita catechismo, sed eras nuda &c. Apostoli ergo a Christo ad prædicandum, & docendum, & baptizandum missi, congrue sal appellati sunt, qui homines condierunt, ipsos baptizantes, & instrumentes ac velut instrumenta Dei ipsos salientes, vt cibi Dei essent, & in Deum credentes fide viua in ipsum per charitatē transformarentur. Tanta vero est salis acrimonia, vt vel minima eius quantitas magnam cibi quantitatem condiat. Sic Apostoli numero pauci, vt sal totum fere mundum condierunt. Apostolici vero viri Apostolorum successores, eos qui a pristina virtutum dulcedine degenerarunt, condire solent. Et hoc est illorum officium. Sic Prouer. 29. dicitur. Vnguento & variis odoribus delectatur cor, & anima bonis amici consiliis dulcoratur: Quemadmodum

F enim

Augusti
nus.
Ioan. 4.

Ezech.
16.

Pro 29

Simile.

simile.

enim homines tetros odores detestantur, e contra vero bonis odoribus delectantur. Ita Deus infectos homines, & pravis moribus, quasi amaritudine repletos, abominatur. Et sicut tetrus odor per suauem expellitur, & delectabilis redditur. Ita anima in sipida, bonis prædicatoris cõsiliis, qui verus amicus est dulcoratur, suo bono exemplo, ita vt cibus Dei esse possit. Hoc proprium est Apostolicorum virorum lucrum, id effecit Dominicus, qui tot hominum milia suę vitæ honestate, & morum probitate dulcorauit. Id etiam Franciscus &c. Sic Paulus ad Collo. 4. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, sermo vester in omni gratia sale sit conditus. Cum secularibus enim qui extra nos sunt sapientia vtendum est, & prudentia, taliter enim inter eos nobis ambulandum est, vt sapientes, ab ipsis iudicemur, qui vitam secundum nostrum institutum regulantes, nequaquam ab ipso degeneramus, tempus bonis operibus redimentes, sermo vero noster gratia, & sale respersus, proximos nostros condire poterit. Si autem sal a sapore, & virtute propria degenerauerit, & insulsuni fuerit, in quo salietur? Si qui in sapientia ambulaturus erat, & alios vt sal conditurus, euanescit, & infatuatur, id est fatuus, & excors, sine saliendo efficaciam redditur quomodo condietur? Magna profecto prauitas est, consulto morbum contrahere, ad quem curandum electus est. Et qui alios ad præcium incitare debes, ipse primus aufugias. Et qui modum in rebus per discretionem ponere debueras, ipse primus transgrediaris, & quæ insulsa secularibus hominibus videntur, saporosa tuo exemplo fieri deberent, primus

Collo.
4.Quod si
sal euas-
uerit.

mus ipse fastidias, & qui alios dulcorare debueras & salire, ipse infatuatus sis propter culpam. Qui enim efficacis caret muneris ad quod electus est, euanescit profecto, & infatuatur de quibus Prouerbio-
 rum 12. Qui vanus & excors est, apparebit contemptui. Vanus profecto est, qui cum sal sit euanescit, & infatuatur, & huiusmodi ut vecordes contemptui apparent. Quia in duo grauissima mala incidunt. Primum quod irreparabiles sunt. Nulli enim mortalium, ita difficile resipiscunt, sicut isti, quia sua scientia, & doctrina, quasi litterarum falsarij Christo bellum ingerunt. Nullos Saluator grauiores hostes expertus est, quam litteratos, scilicet, Phariseos, & legis Doctores, ex quibus paucissimi, Christo crediderunt, quia diabolica, & sibi in malum cedenti doctrina, Christi sermones, & miracula impugnabant. Beatus Paulus antequam conuerteretur, propterea grauissimus Christianorum hostis fuit, quia litteratus erat. Ita etiam in præsentia, litterati quiq. perfectionis statum profitentur, si prauis moribus corumpantur, difficile corriguntur, quia suis litteris Christo resistunt. Si Turcha Regis nostri Philippi Castrum aliquod expugnaret, occisis propugnatoribus: iisdem tormentis & munitionibus captis, castrum defenderet, nec iterum Rex noster recuperaret. Ita Diabolus si litterati hominis animam ingrediatur, Christo propter peccatum recedente, ipsis litteris, & doctrina, Christo bellum infert, ne ea iterum potiatur. Cū Io-
 seph in hære suæ cubiculum delatus: ei consentire nollet, & dimisso in eius manibus pallio profilire, egiptia

Pro. 12

Simi.

Gen 39

F ij mari-

marito reuertenti deferens pallium ostēdebat deniq.
 pallio ab ipso Ioseph accepto ipsi bellū inferebat. Sic
 multi litteris, & ingenio a Deo acceptis ipsi resistunt,
 & ita difficile corriguntur. Quia taliū infirmitas est velut
 cācer qui leuiora medicamēta cōtēnit, fortioribus ir-
 ritatur, & Hierē. 30. In sanabilis est fractura tua pessima
 plaga tua, non est qui iudicet iudicium ad alligandum
 curationem tuam, vtilitas non est tibi. Quia alij pecca-
 to insipidia sale curari possunt, tu vero qui sal es, si per-
 cussus es, pessima plaga tua est, & incurabilis. Nam ad
 alios curandum, hi quibus incumbit, iudicio & confi-
 lio aliorum plagas alligant, sed tu qui ad alios iudican-
 dum positus es, quo iudicio tua plaga curabitur. Non
 est ergo vtilitas tibi, sicut enim sal in sulsum (si forte da-
 retur) ad nihilum valet, imò quasi nihil est, ita isti inuti-
 lissimi & quasi nihil sunt. Sic dicitur Isaia. 22. Ingrede-
 re ad præpositū tēpli & dic ei. Quis tu hic & quasi quis
 hic? Quoniā excidisti tibi sepulchrū. Ecce asportarite
 faciet dominus, sicut asportatur gallus gallinaceus.
 Quasi dicat. Tu qui præpositus es, & personatus appa-
 res, existimas te aliquid esse cum nihil sis, quia qui sal
 esse debueras, euanuiisti, & infatuatus es, quia salis effi-
 catiam minime exercere vales, & in pænam asportari
 te faciam sicut gallus cum moritur, quia extra do-
 mum asportatur, & proiectus conculcatur. Similiter
 isti ab hominibus veluti per contemptum conculcan-
 tur. Sic dicitur Malachi. 2. Labia sacerdotis custo-
 diunt scientiam, & legem requirent de ore eius, quia
 Angelus Domini est, vos autem recessistis de via, scan-
 dalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum le-
 ui, pro-

ui, propter quod ego dedi vos contemptibiles. Quasi dicat. Sacerdos sal est, ideo labia eius custodiunt scientiam, qua homines condire debet, & legem populis requirentibus interpretari, sed vos corrupti & deprauati moribus a via Dei recudētes euauistis, nec pactum leui sacerdotis, qui munditiam professus est seruaistis, sed scandalizastis plurimos vestris pranis moribus, & propterea dedi vos contemptibiles: vt pene conculcemi ni ab his, qui vos honorare debuerāt. Curare ergo debent qui huiusmodi statum profitentur, quæ sui muneris sunt diligenter exequi, ne in hoc secundum incommodum incidant, quod contemnantur, ita Paulus ad Phi. 2. dicebat. Sitis sine querela & simplices filij Dei, sine repræhensione, in medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo.

Conculcetur ab hominibus.

Phi. 2.

NON solum enim Apostolici viri studiosis operibus & exemplis, proximos ædificare debēt, sed doctrinæ splendore ipsos illustrare oportet, quia sicut luminaria in mundo lucent. Sancta enim rusticitas solum sibi prodest, qui vero doctrina alios instruunt, sibi & alijs vtilis sunt, ita Paulus dicebat. 2. Co. 5. Christus pro omnibus mortuus est: vt qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Saluator in laborioso prædicationis munere, & periculoso vitam finiuit, qui ergo viuunt, non debent sibi solis viuere, sed Christo. Illi non sibi sed Christo viuunt, qui proximos per prædicationem lucrantur, sicut enim Christus pro omnibus mortuus est: vt omnibus vitam tribueret, ita viri Apostolici, non sibi, sed Christo viuunt, proximos ad ipsum ducendo, quod præstantissimum opus est.

vos estis lux mundi.

2. Co. 5

11 Co. 14 Ecclesia Ita Paulus dicebat 1. Cor. 14. Sectamini chari-
 tatem, emulamini spiritualia, magis autem ut Prophe-
 tas, quasi dicat. Caritas aliis virtutibus præstat, inter
 opera vero charitatis, prædicare, præstantius videtur,
 quia ut postea infert, qui prædicat Ecclesiam Dei edifi-
 cat. Id ipsum Saluator ostendere voluit Lucæ 9. cum
 quidam dixit ut sequeretur se, & ille respondit. Domi-
 ne sine me prius sepelire patrē meū, & Christus dixit.
 Sine mortuos sepelire mortuos suos, tu autem vade,
 & annuntia Regnum Dei: Ac si diceret. Opus quidem
 charitatis est, sepelire patrem, sed præstantius est annū-
 tiare Regnum Dei. De talibus dicitur Dani. 12. Qui do-
 cti fuerint fulgebunt sicut splendor firmamenti, & qui
 ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpe-
 tuas æternitates. Stellæ & alia cæli luminaria, quamuis
 a nobis altius semota sunt, late suam lucem diffundunt.
 Ita Apostolici viri, longe a secularibus hominibus cō-
 uersatione semoti sunt, sed late sua doctrina, ipsos
 illustant. Sic Paulus ad Ephes. 3. Mihi autem sancto-
 rum minimo data est gratia hæc, in gentibus euan-
 gelizare inestimabiles diuitias Christi, & illuminare
 omnes & c. Ita etiam Ecclesiastici 24. Doctrinam qua
 si antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam
 usque in longinquum, penetrabo omnes partes ter-
 ræ, & inspiciam omnes viuentes, & illuminabo om-
 nes sperantes in Domino: Viri enim Apostolici & Do-
 ctiores, quasi Luciferi doctrinam Euangelicam docen-
 tes omnes illuminant, & quamuis in cælo sit illorū con-
 uersatio, quasi libet terræ partes penetrant, errores & pe-
 catorum tenebras fugando, dormientesq. in peccatis
 aspi-

aspiciunt: vt eos excitent, & omnes Deum timentes illuminant. Lux occultari non potest, quæ suo se splendore prodit. Similiter spirituales viri qui omnes illuminant abscondi non possunt. Propterea a Christo comparantur ciuitati suprâ montem positæ. Perfectus vir, ciuitas est, quia ciuitas dicitur sic, propter ciuium unitatem, ita in perfectis viris omnia vnitasunt, cogitationes, locutiones, & opera, quia quod cogitat loquitur, & opere cõplet. Tanta verò in eo vnitas est: vt quæalibi discordia sunt, in eo vniãtur. Diuitiæ & paupertas cõtrariãtur, sed in viro perfecto vniũtur, quia diuitias appetit: vt pauperibus elemosynas tribuat, & paupertatẽ acceptat & fugiat sollicitudinẽ. Deus & mûndus diuersæ sunt res, sed in homine iusto vniũtur, quia appetit esse in mundo: vt Deo seruiat, & proximis proficit, & appetit cum Deo esse: vt ipso fruatur, sicut Paulus qui cupiebat dissolui & esse cû Christo, sed in carne esse propter discipulos. Hæc vero ciuitas in monte sita est, propter status eminentiã. Alijs enim lucere & præsidere eminentis status est in Ecclesia, imò alijs eminentior. Ciuitas refugium esse solet tempore belli, ad quam ex diuersis oppidis confugiunt, si turrata sit, & fortes habeat muros, ad resistendum aduersarijs, ita vir Apostolicis & verus prælatus, miserorum refugium esse debet, cum opprimuntur a potentibus, sicut Dauid qui leones & vrsos, suos greges inuadentes occidebat. Et Iob qui dicebat, cap. 29. Conterebam molas iniqui, & de ore illius eripiebam prædam. Solent etiam homines e paruis oppidis ad ciuitatem pergere: vt sibi necessaria prouideant.

Simili-

Nou po
test ciui
tas abs
condi & e

Iob. 29.

similiter pauperes ad Prælatos confugere solent, ad
 necessaria exposcendum, quibus debent Prælati quan-
 tum temporalia suppetunt, prouidere, vt pauperes in
 necessariis subleuentur, ex iis quæ Prælati superflua
 sunt, sic Psal. Saturabuntur ligna campi, & cedri Iuda-
 ni quas plantauit, illic passeris nidificabunt. Id est qui
 foliis, & fructibus abundat pauperes nidificare sinant.
 Quicumq; etiam in oppidulis infirmantur, ad ciuita-
 tem propinquam confugiunt, ad medicinas asportan-
 das. Prælati morborum omnium medicinam apud
 se habeant, quia non eadem omnibus proficiunt. Aua-
 rus contra sollicitudinem, inueniat in ipso medici-
 nam liberalitatis. Superbus etiam & c. Cum ergo ista
 omnia Prælati præstare debeant in loco eminenti eos
 esse oportet, non sicut solent aliqui ipsorum facere,
 qui in oppidulis suæ diocæssis latitant, præfata veluti
 onera fugientes. Debent ergo se suis subditis faciles
 exhibere, qui illorum exemplar esse debent. Propte-
 rea dicebat Paulus 2. Thi. 4. Exemplum esto fidelium,
 in verbo in conuersatione in charitate, in fide, in ca-
 stitate, dum venio attende lectioni, & exhortationi, &
 doctrinæ. Prælati enim & vir perfectus, in eminenti
 statu constitutus, fidelium exemplar sit, in verbo, in
 modestia, in conuersatione studiosa, in charitate subdi-
 tos vt filios diligendo, & ipsis charitatis opera exhiben-
 do. Attendere vero eos oportet scripturarum lectio-
 ni, & suis concionibus fideles exhortari debent, ad vir-
 tutum opera, & doctrina eos instruere, vt sine fictione
 discant, scripturas legendo, & sine inuidia commu-
 nicent, proximos instruendo. Neque enim Deus aliam

ob

ob causam, supra montem id est in eminenti statu eos constituit, nisi vt occultari non possint, sed omnibus prodesse. Quod sequenti etiam Saluator parabola ostendit dicens. Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio &c. Quibus verbis Christus non esse doctrinam in abscondito ponendam, vt Lucas ait, scilicet non esse peccatorum tenebris obtegendam. Neq. sub otio sitatis lecto, vt Marcus ait. Neque sub modio, vt hic Matth. Asserit scilicet sub temporalium cupiditate, sed super candelabrum id est sub eminenti Ecclesiæ loco. Sed aliter ista vt proposito accomodetur explicare placet.

Neque
accédūt
lucernæ.

Et po-
nunt eam
sub
modio.

Lux a lucerna nõ vt ab efficiēte procedit, sed vt a subiecto, ita sapiētia a viro Apostolico, nõ vt ab efficiēte sed vt a subiecto procedit, nam omnis sapientia a Deo est, quasi ab efficiente. Quilibet ergo vir Apostolicus a Deo sapientiam habet, sicut lucerna lucem ab alio habet. Sic dicitur Ecclesiastici. 51. Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit, animam meam direxi ad illum, & in agnitione inueni eam. Quia perfectus quisque manus in altum per orationem extollendo, sapientiam a Deo postulat, sicut Iacobus ait. Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, & ita sapientia in anima viri iusti splendet, & Deus suas ignorantias illuminat, quod est lucernam accendere, id autem Deus efficit non vt sub modio lateat, quia doctrina nequaquam cum mensura, & auaræ communicari debet, sed liberaliter, & sine inuidia, ob id Apostolicos viros super candelabrum

Eecl. 51.

Iacob. i.

G Deus

Se I su-
per can-
delabru.

Deus constituit. Quod quamvis eminentem locum in Ecclesia significare diximus, congruentissime Predicatorum ordinem exprimere potest. Quia omnia fere domus alicuius utensilia, certum sibi locum statutum habent, sicut lectus & alia huiusmodi. Candelabrum autem nullum habet certum locum, sed ubi lux est necessaria, ibi defertur ut illuminet. Sic aliæ in Ecclesia Dei religiones certum veluti sibi locum statutum habent, sicut monachales veluti Cistercienses, in quibus loci stabilitatem religiosi promittunt. Et Carthusiani qui numquam ægrediuntur, sed orationibus, ieiuniis, & lectioni vacantes, caelestem vitam imitantur. Aliæ similiter religiones suis institutis inservientes, Ecclesiam ornant. Ordo vero prædicatorum id perfectissime præstat, qui nullum fere certum locum habere videtur, sed ubi necessaria est lux, illuc protinus ad illuminandum accurrit, prædicando & docendo. Si in Academiis necessaria est lux ad Theologiam scholasticam docendum, præsto est Prædicatorum ordo. Si populi luce indigent doctrinæ, protinus adest ad prædicandum. Si necessaria est lux ad Scripturam Diuinam interpretandum protinus accurrit. Si mercatores luce indigent, ad contractus explicandos confestim adest. Si pœnitentes luce indigent similiter præsto est. Et ideo candelabrum lucernas deferens Prædicatorum ordo censeri potest. Saluator vero aliquas splendidas lucernas, super eo posuit primam beatum Dominicum, qui illius pater & institutor extitit. Bea-
tum

rum Thomam, Vincentium, Petrum veronensem, Antoninū &c. Ex quibus alię multę successerunt splendissimę lucernę ad illuminandum Ecclesiam, Aquinatis doctrina quasi luce splendidissima imbutę, quę Deus ad id super hoc candelabro accensum posuit, ut omnibus in Ecclesia luceret. Propheta Ezechiel vidit hominem vestitum lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius, & post pauca dictum est ei. Ingredere in medio rotarum quę sunt subter Cherubin, & imple manū tuam de prunis ignis, & effunde super Ecclesiam. Quis est iste vir indutus lineis, nisi Dominicus, vel Thomas, aut Vincentius, quorum quilibet, lineis indutus fuit propter candidissimam vitam, & sinceram virtutibusq. refertam, habebant etiam atramentarium propter doctrinam quam scriptis mandarunt præsertim Diuus Thomas cui pecculiariter dicitur. Ingredere in medio Rotarum &c. Rotę subter Cherubin sunt duo testamenta, in quibus plenitudo scientię, quę per Cherubin significatur, reperitur. Rotę vero testamenta dicuntur, quia inter omnes figuras rotunda aptior est ad motum, ita sacra Scriptura pluribus modis a sacris, & catholicis Doctõribus exponi potest. Ideo sapiens ait. Omnibus mobilibus mobilior est sapientia, quia pluribus modis sacra Scriptura exponi potest. Diuus ergo Thomas aut Vincentius ingressus in medio Rotarum implevit manum de prunis, id est accepit veritates inflamantes sacre Scripturę suis manibus, quia veritates quas docebat, suis operibus comprobabat. Et effudit super civitatem, id est super Ecclesiam, ad infla-

Ezech. 9

Sap. 7.

Lucent
omnib⁹
qui in
domo
sunt.

2. Ti. 2

mandum & docendum fideles, & ita talis Lucerna super candelabrum posita luxit iis qui in domo scilicet in Ecclesia sunt. Illa vera lux est quæ effectis operibus comprobatur. Quique tali lucæ solendet, scilicet doctrina operibus sotiata, magnus in Regno Cœlorum vocabitur sicut Sanctus Thomas, & Diuus Dominicus & cet. Ideo Paulus dicebat 2. Timotheo. 2. Cura te ipsum operarium inconfusibilem exhibere, recte tractantem verbum Dei. Ut videlicet cum doctor & operarius sis, magnus in Regno Cœlorum dicaris.

VENITE AD ME OMNES
qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde, iugum enim meum suaue est, & onus meum Lucae. 10.

DVABVS his parabolicis sententijs Saluator omnes vocat & inuitat: vt ad se perfidem accedant, dixerat sibi omnia a patre cōcessa esse, ideo vocat omnes vt eos mysteria doceat & alleuiet. Ait igitur venite ad me omnes qui laboratis. Nōnulli distingunt, ista

v. la.

vt laborantes Iudæi, onerati vero Gentiles dicantur. Sed non est quod ista distinguantur, sed laborantes & oneratos vocat, id est eos qui quouis modo afflicti sunt, sicut dicitur Ecclesiastici. 40. Occupatio magna ^{Ecc'e.} creata est, omnibus hominibus & iugum graue. His ^{40.} enim afflictio quæuis significatur, a qua Christus suos liberat per suam doctrinam & spiritum. Deinde liberat ab onere conscientia &c. Nec non ab onere legis Mosaicæ. Quasi dicat Saluator. Venite ad me omnes qui quouis modo afflicti estis, scilicet vel miseris huius vitæ, vel onere conscientia, vel legis Mosaicæ, & ego exonerabo & recreabo &c. Proponit vero legis suæ suaue iugum dicens. Tollite iugum meum super vos &c. Lex vero Christi iugum dicitur, quia accedentes ad eum perfidem comprimit & vincit, ne qua mundus & caro ducunt vagentur, sed dicant sicut Psal. ^{Psal. e} Proiciamus a nobis iugum ipsorum. Ait ergo Saluator. Tollite iugum meum, id est subiicite vos meæ legi, & doctrinæ.

CONCIO.

SANVM sanctumq. verè Philosophic iudiciū censerī debet, in hominibus ipsis mortē vitāq. consistere. Quemadmodum enim a ferro subigo nascitur, quæ ipsum cōsumit, & a veste tinea, quæ ipsam corrodit, ita ab hominū sciētia curiositas procedit, qua iusto Dei iudicio corrupta, in nihilū conuertitur, veluti vapores, ex nimio calore ^{Simile.} a terra eleuati subtiliores facti in inuisibiles ventos conuertuntur. Scientia quidem quasi pretiosa gem-

ma animam exornat, intellectum nutrit, quasi ci-
 bus nostræque mentis lac, & voluntatis dux, lumen-
 que vitæ dici potest. Nam scire sciendique nobile desi-
 derium si cum modestia, & laudabili disciplina con-
 iungatur, adeo ad bene operandum necessario requi-
 ritur, vt veluti cæci sine ipsa homines ambulare vi-
 deantur. Si autem intellectus suis viribus nitens, &
 plus quam expedit scire præsumens, in altum curio-
 sus confurgat, taliter hoc ipsi in malum cedit, vt
 ab ipso suæ arrogantia culmine deturbatus, Dei iu-
 ditio inanis, & scientia vacuus euadat. Semper enim
 Deo curæ fuit, mundi sapientes infatuare, qui se sa-
 pientes esse existimant, quorum Deus superbiam
 elidit. Vult enim Saluator vt quo maiora ab eo re-
 cipimus, eo magis humiliemur, ne arrogantia bo-
 nis operibus insidians irrepat. Hoc reuersis septua-
 ginta Discipulis, & cum gaudio Demones ipsis subici-
 referentibus, Christus ostendere voluit, cum dixit.
 Videbam Sathanam sicut fulgur de Cœlo caden-
 tem: ac si diceret. Pulchrior erat Sathanas, ante
 casum, qui superbia relatus corruit. Videte ergo
 ne hoc gaudium ad inanem gloriam perueniat. Si-
 mili namque modo corruetis, magis autem vos
 gaudere debetis, quia nomina vestra scripta sunt in
 Cœlis &c. Hoc est gaudium verum, & in Spiritu
 Sancto, ex sincera vita, & animarum lucro proue-
 niens. Quo quidem Christus tunc exultans in Pa-
 tris laudes prorupit. Nulla res magis Christum, &
 perfectos viros gaudio afficit, quam nostra salus.
 Sic Paulus gaudebat ad Philipien. 3. dicens. Iustum
 est

est hoc mihi sentire de omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde, & in visceribus meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Ita Salvator in Spiritu sancto gaudens patrem laudare cepit. Dei opera, & præsertim, ea quæ intellectum exuperant, non admiranda solum, sed laudanda sunt. Quæ vero maxime humanos discursus transcendunt, iudicia Dei sunt, & præcipue ea ex quibus, vel hominum salus, aut perditio dependet, talia vero veneranda sunt, & Deus propter ipsa laudandus. Ideo Salvator ait. Confiteor confessione laudis, tibi pater, qui simul cæli & terræ dominium obtines, eo quod inscrutabili iudicio, divina mysteria a sapientibus abscondisti & paruulis reuelasti. Illos vero Salvator sapientes nominat, qui arrogantia elati sibi ipsis sapientes videntur, iis mysteria Deus abscondit. Quibus per Esaiam 29. dicebat. Obstupescite, & admiramini fluctuate, & baccilate, in ebriamini & non a vino, mouemini & non ab ebrietate, quia miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, Prophetas, & Principes vestros qui vident visiones operiet, & erit visio omnium, sicut verba libri signati. Quasi dicat. Vos qui superbia elati sapientes existimamini, obstupescite non intelligentes mysteria, fluctuate & baccilate nequam veritatem penetrare valentes, sicut hereticis accidere videmus, qui veluti paruuli (vt Paulus ait) fluctuant, & circumferuntur omni vento doctrinæ, moventur vero in varias sententias, non propter ebrietatem vini, sed propter superbiam, quia iusto
Deus

Confiteor tibi pater.

Esa. 29

Ephes. 4

Deus iudicio spiritum quo ab dormiscanti inmittit, & veluti talpæ, quæ aliis manifesta sunt non vident, & diuina mysteria, illis sunt quasi verba libri signati, quia Deus illis quasi sigillo Sacramenta claudit, ne intelligere valeant. Ista est illorum poena qui se sapientes esse existimantes, suo ingenio nituntur. Non sic Paulus, & alij humiles qui se omnia a Deo habere cognoscunt: ideo dicebat 2. Cori. 3. Fidutiam talem habemus, non quod sufficientes simus, cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Tales mysteria intelligere merentur, & iustissime Deus superbos Phariseos excecavit, indignos tantorum mysteriorum cognitione. Et quamuis aliqui Christum Patrem laudare dicunt, non quia mysteria a sapientibus abscondit, sed quia paruulis reuelauit, sicut Chrysostomus, & recentiores aliqui dicunt, ad quem modum illud Pauli ad Roma. 6. intelligitur. Gratias ago Deo quia fuistis serui peccati obedistis autem ex corde. Quasi dicat. Gratias ago, quia quamuis fueritis serui peccati, obedistis tamen ex corde Euangelio. Nullum vero inconueniens est, hoc de vtrisque intelligere, taliter quod Christus gratias agat, non solum quia paruulis reuelauit, sed quia a superbis abscondit. Nec minus Dei gloria superbiorum excecatione, quam paruulorum reuelatione, illustratur. In iis bonitatis Dei diuitiæ, in illis iustitiæ rectitudo declaratur. Ista vero quæ humanos discursus transcendunt, non sunt curiosius perscrutanda, reuereri enim ea potius, & admirari oportet, & in illam Pauli vocem prorumpere. O altitudo diuitiarum sapientiæ & c. non autem iudicare sed

ad Dei

2. Cor. 3

Chry.
ostom⁹

Ro. 6.

Rom. 11

ad Dei voluntatem referre debemus. Cum enim ex vna parte infinitam Dei potentiam contēplemur, infinite etiam bonitati coniūctam, qua omnes saluos fieri vult, ex alia vero parte nōnullos Deus obdurare & excecāre constet: Quis non obstupescat & admiretur? Imo quis perscrutari audeat? Ezechiel aquas quæ iuxta ciuitatē erant tranare aggressus, cum intraret, a quæ ad talos eius pertingebant, deinde ad genua eius peruenerunt, & cum adhuc intraret, iam aquæ tenes eius cooperiebant, quod cum aspiceret retro uersus, transgredi aquas non potuit, quæ eo magis intumescēbant, quo interius ipse ferebatur. Quid per aquas intelligere possamus nisi iudiciorum Dei abissum profundissimam, & altissimum pelagus, quod si ingredi tentauerimus, a magnitudine nos opprimi certum est. Regrediamur ergo, ne tranare iudiciorum Dei pelagus tētantes submergamur, sed ad Dei voluntatem cuncta referamus sicut Paulus dicebat ad Rom. 6. Cuius vult miseretur & quem vult indurat. Ad quod exponendum cordatissimo, & accomodatissimo exēplo vsus est, nempe figuli, qui ex eadem massa sua voluntate, & beneplacito, vasa format diuersa, quædam in honorem quedam in contumeliam. Nec vasa ipsum iniustitiæ arguere possunt. Sic dicitur Prouer. 11. Ponderæ quum voluntas eius, ad volūtatem siquidem Dei, qua si ad supremum tribunal, omnia referenda sunt, quæ æquissimo pondere cuncta dispensat. Non ergo temere iudicemus, sed humiliter veneremur, quæcumq. a Deo fieri videmus. Propterea. Sapi. 9. dicitur. Quis hominū poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare

Eze. 47.

Rom. 6.

Prou. 11
Ita pater quia
sic placitum fuit
&c.

Sapi. 9.

H cogitare

cogitare quid Deus velit? Dei siquidem cōsilia huma-
 næ mentis aciem exuperant. & cum ab eius volunta-
 te cuncta quasi a fonte procedant, ipsa vero inscruta-
 bilis sit, quis poterit cogitare quid Deus velit? Quæ ve-
 ro ab hoc volūtatis Dei fonte dimanant, iustissima, &
 bona esse, vel inde manifestum est, quod arrogantium
 talibus iuditiis elationem damnat, & paruulorum de-
 pressionem collaudat, nosq. admonet, ne quid nobis
 tribuamus, sed cuncta ad Dei laudem referamus, ne
 forte, solitam suam iustitiam exercens, in fastum, &
 elationem eleuatos, cæcos reddat, & alios nihil sibi
 tribuentes, illuminet. Sic per Hieremiã. 9. dicebat.
 Non gloriatur sapiens in sapientia sua, non glorie-
 tur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur diues
 in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur,
 scire & nosse me, quia ego sum qui facio miseri-
 cordiã & iudicium, hæc enim placent mihi. Qua-
 si dicat. Nullus quod scit, quod potest quod ha-
 bet, suæ sapientiæ tribuat, aut fortitudini aut diui-
 tiis, sed mihi omnia tribuat, & gloriatur nosse me,
 nam ego sum qui misericordiam cum humilibus
 facio, ipsos collustrando, & cum superbis ipsos ex-
 cæcando, nam hoc mihi placitum est. Hanc ve-
 ro misericordiam, & iustitiam Christus etiam effi-
 cit, imó pater per filium, nam a Pharisæis super-
 bis Saluator mysteria occultabat & paruulis reuela-
 bat, nam Iudæis interrogantibus qui es tu? Obscu-
 rissime respondebat. Principium qui & loquor vo-
 bis, & Samaritanæ dixit. Ego sum qui loquor te-
 cum, suam illi diuinitatem ostendens. Ea propter

Hic 9.

10.8.

10.4.

di

dicit. Omnia mihi tradita sunt a patre meo, quasi dicat. Rerum omnium dispensatio mihi credita est a patre meo, quia omnia per me pater operatur. Nec ista secundum diuinam naturam solum intelligenda sunt, seu etiam secundum humanam quæ verbo Dei vnita est, omnia enim filio a patre per æternam generationem tradita sunt, cui etiam homini omnia in tempore concessit per vnionem diuinitatis cum humanitate, sicut Ioannis 13. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Et Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas. Si ergo mihi omnia tradita sunt (ait Christus) per me pater cuncta dispensat, nam superbos per me excecatur, & humilibus mysteria reuelat. Nam solus pater filiū cognoscit, & patrem filius & cui voluerit filius reuelare. Ita Ioannis. 19. Dediti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam, hæc est autem vita æterna vt cognoscant &c. Ac si dicat. Dediti filio potestatem super omnes homines, vt eis quos ei dedisti, det vitam æternam. Accepit etiam Saluator: vt homo potestatem super omnes homines, quam quidem quamuis in sua natiuitate suscepit, eam tunc primum exercuit, cum quosdam sua predicatione, & miraculis ad se traxit, & perfectius cum ad cælos ascendēs, per Spiritum sanctum missum, totum terrarum orbem conuertit diabolum potestate spolians. Sic David potestatem accepit super populum ab ea die qua a Samuele vnctus est, nequaquam vero ea usus est vsq. ad Saulis mortem. Ad hoc vero Christus super homines potestatem accepit: vt ipsis vitam æternam concederet, non supremam solum, sed secundum eum mo-

Omnia
mihi
tradita
sunt.

Io. 13.

Mat. vlt.

Nemo
nouit
patrem
nisi &c.
Io. 19.

H ij dum

dum quo in hac vita habere potest, quæ in vera & vi-
 ua Dei & Christi per fidem cognitione consistit. Hæc
 concedere Saluator potest, qui solus patrem naturali
 cognitione nouit, sicut filium pater, Dei enim cogni-
 tio humanum captum transcendit. Propterea dice-
 bat Iob 26. Qui tenet vultum solij sui, & expandit su-
 per illum nebulam suam. Solus enim Deus suæ magni-
 tudinis vultum cognoscit perfecte, alijs autem nebu-
 lam extendit, quia nullus eum cognoscere potest, nisi
 nebulam ipse dissipet, quia creaturis obscura est, nisi il-
 lis a quibus Saluator nebulam subtrahit, reuelando,
 ad quod Parabolicæ inuitat dicens. Venite ad me om-
 nes qui laborati, & onerati estis &c. Omnes vero Sal-
 uator vocat, & neminem excludit, quia pro omnibus
 expensas soluturus erat. Laborantes vero & oneratos
 vocat, nulli enim maioribus laboribus expositi sunt,
 quam mundo seruiantes, nec vlla res carius emitur
 quam infernus, qui magnis laboribus, & anxietatibus
 comparatur. Sicut ipsi Sapientie s. testantur. Lassati su-
 mus &c. Et Tre. 3. Circundedit me felle & labore. Qui
 enim ad diuitias & honores, atq. delitias rapiuntur, a
 amaritudinis felle, propter assiduum sollicitudinis tor-
 torem, circumdantur, sicut Ezechias dicebat Esa. 12. In
 pace amaritudo mea amarissima. Ac si diceret. In
 prosperitate mūdana qua affuebā, amaritudinē sensi.
 Circundātur etiā labore: irrequiete si quidē mūdani la-
 borāt, vt concupitis fruātur, de eis dicebat Hier. 5. Do-
 cuerūt linguā suā loqui mēdaciū, & vt iniq. agerent la-
 borauerunt. Mundani enim delitijs dediti, sibi ipsis
 blandiuntur mentientes, quietem sibi in peccatis, pro-

Iob. 26.

Venite
ad me
omnes
qui labo-
ratis.Sapi 5.
Tren. 3.

Esa. 12.

Hier. 5.

menten.

mittentes, sed præduro labore absumuntur: vt inique & peruerse viuant. Ita Iob. 7. Menses habui vacuos & noctes laboriosas annumeravi mihi, post tot namq. labores & sollicitudines mundani vacui restant, cum eua noctu laborent assidua & vigili sollicitudine. Que madmodum quotidie accidere videmus, cum nobilis quispiam vilæ dominum, gentilem suum, aut amicum ad se officij causa venientem, hospicio recipit, is enim, in eius gratiam oppidanos sibi subditos venatum mittit. Qui tota die irrequieto labore, hac atq. illhac canes incitâdo discurrunt, cumq. diuersas feras, vel retibus implicitas, vel a canibus mordicus arreptas comprehenderint, ad vesperum lassu reuertuntur, vacuiq. in domos proprias se recipiunt, nihil præter retia, & lassitudinē deferentes, quia dominus sibi suoq. hospiti, quid quid venatu attulerant accipit. Ita mundus in amici sui, scilicet Demonis, gratiam, mundanos sibi morigeros ad diuersa quærenda impellit, alios quidē post diuitias adigit, qui interdum noctuq. eas quæritando discrutiantur. Quosdam vero ad honores quærendos incitat, qui in curiis Regū nihil intentatum, vel cum magno labore relinquunt. Alios vero post voluptates ire facit, qui nulli labori parcunt vt concupitis fruatur. Quosdam vero vindictam sitiētes, inimicos persequi facit, qui totam pene vitam laboribus absumunt. Et ij omnes ad vitæ vesperam, lassati in via iniquitatis & perditionis (vt Sapiens ait) nihil præter fraudes & mendacia, & peccata multa turpitudinesq. sibi retinere valentes, ad supræmam sepultura domum progressi, se recipiunt. Ecce quid

Iob. 7.

Simile.

Sapie. i.

H iij homi.

hominibus mundanis post tot labores restat, quod profecto eos impellere deberet, vt a tot se mundi curis exoluerent, & ad Christum eos vocantem, & expectantem currerent, videntes se totinanibus laboribus indies absumi. Propterea Esa. 49. dicebat. Ego dixi. in vacuum laboraui, & vane fortitudinem meam consumpsi, ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo: Quasi dicat. Post tot labores incassum susceptos ad me reuersus dixi. Sine fructu tot annis laboraui, & iuuentutis fortitudinē cōsumpsi, melius est ergo labores meos ad Deū conuertere. Nec laborātes solū vocat Saluator, sed oneratos etiam. Et quāuis hoc onus multa significet; nā huius vitæ miseriae, & anime carcerē significare solet, sicut dicebat Paulus 2. Co. 5. Ingemiscimus grauati. Significat etiā legis Moyſi onus de quo Petrus. Vt quid tētatis Deū &c. actū 15. & Phariseorū traditiones de quibus Saluator. Alligāt onera graua Matth. 23. sed nos qui moralē sensum discutim⁹ de peccatorū onere interpretabimur, de quo Dauid sicut on⁹ graue &c. Et Esa. 1. Ve gētipeccatrici populo graui &c. Zac. 5. Vidit impietatē in medio amphore quę talēto plūbi p̄mebatur. Sicut enim pōdus ad imma deprimat, ita peccatū. Propterea mirandū est peruersos homines tot, tāq. graua pondera tot annis defferre, cū celū nec paruo tēpore peccati pōdus sustinere potuerit. Nā Angelus refuga vno instāti creatus, altero peccans deiectus est, inter quę instātia minime tempus interfuit: cum miseri mortales non vno sed pluribus annis peccatorum onere ita p̄ssi teneantur, vt nec cogitationem ad cælum eleuare possint.

Saluator

Saluator in itinere ponderosæ crucis grâuamine, in qua mundi peccata portabat, inclinatus concidit, & qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, solo pondere peccatorum nostrorum inclinatus est, quomodo peccatores, tot pondera peccatorum suorum, sustinere tanto tempore possunt? Cum ergo in mundo laboribus homines defatigentur, & graui peccatorum sarcina præmantur, eos Saluator ad se vocat, vt eos foueat & reficiat. David vnctus Rex a Samuele, & electus a Deo, non omnibus Rex videbatur, vtpote qui profugus & extorris vagabatur, ad eum vero illi confugerunt, Regem eum agnoscētes, qui obgrati infames & ære alieno oppræssi erant, & qui amaro erant animo horum David factus est dux. Similiter Christus a Deo electus, & vnctus Rex nequaquam ab omnibus cognoscebatur. Illi vero qui se debitores existimabant qui a mundo subleuari non poterant, ad Christum confugiebant, & eorum factus est Princeps, quos vocabat vt a laboribus, & peccatorum pondere reficeret. Illis vero utilis est Christus, qui se oneratos sentiunt, si vero corde ad ipsum confugiant, sicut Paulus dicebat ad Hæbre. 12. Deponentes omne pondus, & circumstantes nos peccatū sine offensione curramus. Saluator vero oneratos & laborantes recreat, ac reficit sua misericordia & bonitate, & doctrina, sicut dicitur Esa. 66. Ad vbera portabimini, quomodo si mater blandiatur, ita ego consolabor vos. Oneratos enim & laborantes, Christus ad suæ doctrinæ vbera portat, de quibus Can. 1. Meliora sunt vbera tua vino. Lac enim doctrine Christi, melius est vino quo mundani inebriantur, & sic peccatorum onera non sentiunt. Blanditur

1. Re. 93

Hebr.
12.

Esa. 66.

Canti. 1.

Osee ii.

Tollite
iugum
meum
super
vos.

2. Cor. 6

Hier. 12.

ditur etiam Saluator peccatoribus, sicut mater, quia ex corde indolētes, qui ad ipsum conuertuntur reficit, & recreat. Sic dicitur Osee ii. In vinculis Adam traham eos, in funiculis charitatis, & ero eis quasi exaltans iugum super maxilas eorum. Quæ verba, ita a gloria exponuntur. Quia clemens pastor fui, morbidam ouem humeris meis portans, & moriens in cruce ipsam redemi, quamuis ipsi ignorabant quod moriens curabam eos, & quia amator eram omnium, charitatis eos vinculis alligavi, & traxi ad credendum, posuiq. super eos iugum suauissimum. Per iugum congruentissime doctrina Euangelica significatur, ad quam Christus suis vocibus inuitabat. Quia sicut iugum animalia cōiungit, deinde ea comprimit, & vincit, nec vagari ea finit sed feruire, vel arādo, seu currum portando, ita doctrina Euangelica, eos qui eam suscipiunt, charitatis glutino coniungit inter se, & cum Christo, qui auriga est. Qui enim ad Christianæ viuendum nomina dant, ita cū fidelibus in eodē ouili cōiunguntur, vt infideles & hæreticos detestentur. Sicut Paulus dicebat 2. Cor. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus, quæ enim conuentio lucis ad tenebras? Doctrina etiam Euangelica fideles comprimit, nec dissolute eos vagari finit, sed in officio continet. Qui vero carnis voluptates sequuntur, suis desideriis seruietes, viri Belial in sacra scriptura vocantur, id est absq. iugo. Sicut etiam Iudeꝝ per Hier. c. 2. dicitur. A seculo cōfregisti iugum, rupisti vincula, & dixisti. Non seruiam. Multi enim fidelium Christi a se iugum excutiunt, vinculaq. doctrinæ Euangelicæ quibus eos Christus ad rite viuendum alligauit, dissoluen

dissoluentes vagantur, quo eos sensualitatis impetus
 ducit, de quibus Ecclesiasticus cap. 2. Ve dissolutis cor
 de qui nō credunt Deo, non protegētur ab eo: Quasi
 dicat. Ve illis qui cor dissolutum habēt, nec volunt le
 gibus alligari, nec colla iugo Dei subiicere, propterea
 non protegenrur ab eo in tempore afflictionis. Causa
 vero quare multi principum iuga exhorrescunt, illa
 est potissima, si superbe & arroganter impient:
 Propterea populus a Roboam alienatus est, quia
 cum durissimum sui patris iugum aliquantulum le-
 niræ peterent, senesq. ipsi consulerent, vt comiter
 populum alloqueretur, positoq. aliquamtiſper regio
 fastu, se accomodaret, ipse contra dixit. Minimus digit
 tus meus grossior est dorso patris mei. Ideo eius arro-
 gantiam, populus indigne ferens, ad Hieroboan def-
 fecit. A natura enim comparatum est, vt subditi dele-
 ctentur regibus māsuētis, & de suo fastigio non nihil
 se demittentibus. Propterea Saluator vt omnes ad se
 alliceret dicebat. Discite a me quia mitis sum & c.
 Quasi dicat. Non est quod meæ doctrinæ iugum non
 recipiatis, quia in me nullus fastus est, aut superci-
 lium, sed mitissime, & mansuete vobis legis iugum
 imponam, sum enim mitis, & humilis corde. Has po-
 tissimum virtutes Saluator nos docere, præter in nu-
 meras alias, quibus præditus erat voluit, quia istæ
 sunt quæ suis moribus maxime ostendit, ij vero
 qui Christianæ legis iugum ferre debent valde neces-
 sariæ. De Moyse qui iugum veteris legis imposuit,
 Iudæis dicitur, quod erat mitissimus. David etiam
 suæ mansuetudinis, meminisse petebat. Memento
 I domine

Eccle. 2.

2. Re 11.

Discite
 a me
 quia mi-
 tis sum
 & c.

Psal.

118.

domine David, & omnis mansuetudinis eius. Saluator
 tot quavis multoties a Phariseis conuitijs lacessitus
 fuit, nunquam in eos verba maledica regeffit, sed mā
 suetissime ferebat, & humiliter: vt inimicorum ma
 ledicentium iram sedaret. Nil enim maledicentis irā
 efficacius sublede facit, quam mitis responsio. Si
 cut pila si parieti vel rei duræ occurrat reuertitur, &
 resilit, si vero lanæ, vel molli rei occurrat, ibi sistit.
 Propterea. Prover. 15 dicitur. Responsio mollis fran
 git iram sermo durus suscitatur furorem. Semper au
 git iram sermo durus suscitatur furorem. Semper au
 tem mititas cum humilitate, & humilitas cum miti
 tate reperitur. Qui enim patienter iniurias fert, se ef
 se humilem declarat, qui vero conuitia regerit, su
 perbus est. Sicut enim qui aliquam doctrinæ opinio
 nem amplectitur, & eam in suo papiraceo exceptio
 ne conscriptam habet, cum eam in scholis defende
 re videt, & assuerare minime contradicit, si vero ex
 candescens contrarium verbis, & rationibus defen
 dere nititur, signum est eam ipsum opinionem nō ad
 mittere. Ita humilis qui apud se statutum habet, se ni
 hil esse, imō se esse seruum inutilem, & alia vilia de
 se sentit, cum id ab aliquo etiam iniuriose audit, non
 commouetur, quia iam id apud se quasi humilis sta
 tutum habet, si autem irascitur, & alium ipse con
 uitijs insectatur, signum est, non talia de se sentire,
 sed maiora, & ideo talis superbus est. Ecce ergo
 quo modo qui mitis est, humilis etiam est, qui vero
 non est humilis, nec mitis. Qui autem humiles & mi
 tes sunt, corda pacatissima habent, nullisq. tumultibus
 agitantur. Ideo Saluator dicebat. Et inuenietis requiē
 animā

Inuenie

animā

animabus vestris. Sic dicitur Ecclesiastici. 51. Collum vestrum subiicite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinam, in proximo enim est inuenire eam, videte oculis vestris, quia modicum laboravi, & inueni mihi multam requiem. Quasi dicat. Subditi estote iugo legis Dei, & discite a Christo mansuetudinem & humilitatem, meq. considerate, qui cum parum laborauerim requiē inueni. Iugum enim Dei ferentes parū laborāt, quia suaue est & onus leue. Auis sine plumis grauis est, eū pennis vero agilis. Currus etiā sine rotis grauis est, sed rotę ipsum leuem faciunt. Ita Saluatoris iugum suaue est, & onus non ponderosum, quia vt Ioannes ait mandata eius graua non sunt. Eorum vero lenitas apparet, primo quia quę precipit, æquissima sunt, ad quę vel ipso naturę impulsu mouemur. Deinde quia pauca sunt, fide enim & amore omnia constringuntur. Sunt etiam vtilissima. Præterea quia transgressores nequaquam in præsentī morte puniuntur, sicut in veteri lege, sed patienter eos Saluator, ad pœnitentiam expectat. Ostenditur etiam eorum leuitas, quia Spiritus sanctus suis donis ad ea perficiendum assistit, ipseq. Saluator nos iuuat sua gratia, ad leuiat sua passione, ad leuiat nos sacramentis, ad iuuat nos suo auxilio, ad iuuat nos suis promissis, multa enim certissimæ, suę legis obseruatoribus promittit, quę si prius animo percipiamus, leuia Christi præcepta videbuntur. Accipiens portionem amarā claudit oculos, non ipsam sed similitatem considerans. Similiter venam sectās infirmo

tis re-
quiem.
Eccle. 51

Sim
Iugum
enim
meum
suaue
est.
1. lo 3.

Simile.
Simile.

I ij oculos

i. Cor. 5. oculos auertere facit, ita nos fide, promissa, & non labores præceptorum consideremus, & nobis precepta leuia videbuntur. Sic Paulus. *i. Cor. 5.* Id quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis, in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.

MESSIS QVIDEM MVLTA

operarij autem pauci, rogate ergo

Dominum in messis: vt mittat o-


perarios in messem

suam. *Luce 10.*

CVM Saluator Apostolos ad prædicandum mitteret, hanc parabolicam sententiam protulit. Messis inquit multa est, operarij autem pauci. Per Messem vero multam, populos multos intelligit qui ad recipiendam doctrinam Euangelij prompti erant: vt quasi per prædicationem de messu in Dei horreum scilicet in Ecclesiam inferrētur. Pauci vero operarij erāt. Congrue vero Saluator prædicatores operarios vocat, ad operandum enim non ad ocio vocandum prædicatores mittuntur. Vt autē prædicationis labor iocundus & non molestus videretur, comparatur Messis quasi dicat Christus. Non mitto vos arādū aut seminādum, sed adserendum Messem, iam ab alijs præparatam, sicut *Ioannis. 4.* dicitur. Alij laborarunt &c.

Quam-

CONCIO.


VAMVIS inmensus Saluatoris erga ho-
 mines amor, & ardens salutis eorum zelus,
 multis, & euidentissimis signis innotuerit,
 vel ob id manifestus est, quod obnixe sem-
 per curauit, ne in mundo deficerent ueritatis asserto-
 res, qui homines in credendis, & agendis instruerent.
 Propterea dicebat Hieremiæ. 7. Misi ad vos omnes Hier. 7.
 seruos meos Prophetas de mane consurgens &c. Ac
 si dicat. Nunquam uobis defuere qui ueritatem do-
 cerent, magno enim studio seruos meos ad prædican-
 dū misi. Ideo post tot Patriarchas, & Prophetas, post
 tot Reges, & è cælo Angelos quandoq. missos, ipse des-
 cendens laboriosum hoc opus, & periculosum exer-
 cuit, successores post se relinquens, non solum Apo-
 stolos, sed plures alios Discipulos, quos ad huc uiuēs
 ad hoc munus exercendum destinauit. Sic Paulus di-
 cebat. 2. Co. 5. Dedit nobis ministerium reconciliatio- 2. Co. 5.
 nis, quando quidē Deus erat in Christo, mundū recō-
 cilians sibi, & posuit in nobis uerbum recōciliationis.
 Quasi dicat. Nō solum nos sibi reconciliauit, sed nos
 fecit ministros reconciliationis aliorum, quia Deus
 erat in Christo, cum per eum sibi mundum reconci-
 liauit, in nobis uero posuit uerbum reconciliationis,
 ad illud gentibus prædicandum. In Christo fuit ipsa
 reconciliatio, quia per ipsum facta est, in nobis uero
 qui eius ministri sumus posuit uerbum reconciliatio-
 nis. Hos Saluator moribus, ab aliis distinguens sig-
 nauit,

De fig-
nauit.
2. Co. 1.

Ephē. 4.

Lucæ. 9.

Alios se-
ptuagin-
ta.
Exo. 15.

nauit. Sicut Paulus dicebat 2. Cor. 1. Qui confirmat nos vobiscum in Christo, qui vnxit nos Deus, qui signauit nos, & posuit in nobis pignus spiritus in cordibus nostris. Quibus verbis quattuor discipulorum dona explicantur. Primum constantia qua illos confirmat in ministerio Deus. Secundo gratia Spiritus sancti eos Deus vnxit, vt cordis mollitiem in eis contra duritiã causet. Tertio signat eos, nam virtutes quibus Christum imitantur, ita Deus in ipsis impræssit vt sigillo ob signati videantur. Demum Arram supræme fælicitatis concedit in cordibus, qua veluti securitatem retributionis habent in diuinis pollicitationibus reconditam. Propterea dicebat Paulus ad Ephē. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis. Ab hoc signo a Christo impræssio veri prædicatores cognoscuntur. Primo, si constantes sint, cum a ministerio minime minis, & terroribus, aut propter labores deterrentur de quibus Saluator. Mittens manum ad aratrum, & respiciens retro non est aptus Regno Dei. Quibus verbis debere Prædicare constantiam habere ostendit. Secundo, si molle cor habeant ad alios emoliendos. Tertio, si charitas & alię virtutes in eorū moribus quasi si sigillo impræssę videntur. Quibus secure veluti beatitudinis pignore suscepto, ipsam sperare poterunt. Sic ergo Saluator post tot Prophetas, post duo decim Apostolos, alios septuaginta duos designauit. Filij Israel venerunt in Selim vbi erant duodecim fontes, & septuaginta palmæ, in Ecclesia Saluator præter duodecim Apostolos qui velut fontes mundū irrigarunt, septuaginta palmas plauit,

plantavit, ex quarum fructibus verbi Dei, fideles vescerentur. Moses vt legitur Exo. 24. Post duodecim Principes tribuum, septuaginta alios seniores elegit. Exo. 24
 Similiter Num. 12. legitur Septuaginta seniores elegit. Num. 12
 re, qui ipsum comitarentur, quibus cum familiariter conuersabatur, secumq. pondus tantæ gubernationis portarent. Ita Saluator præter Apostolos totius orbis Principes, septuaginta duos discipulos etiam designavit, vt verbi ministerio inservirent.

Q V O S quidem binos, & binos misit in signum amoris, & benevolentia, & charitatis qua veluti glutino Prædicatores copulari debent, vt idem sentiant, & idem concionentur. Sicut dicebat Paulus ad Phi. 2. Implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimis id ipsum sentientes: Ad iuravit Paulus Philipenses, vt gaudiū suū impleant, & in vnum coeant, circa intellectum, & voluntatem, & exteriora opera, circa intellectum quidem, vt idem sentiant, circa voluntatem vero vt eandem charitatē habeant, & amorem mutuum, circa opera vero, vt modeste studiosis operibus conuersentur. Nihil enim magis prædicationi, & cōuersioni fidelium obest, quam quod prædicatores dissideant diuersa sentiētes. Sic Ecclesiast. 34. Vnus ædificatis, & alter destruēs quid prodest illis nisi labor: Cum vnus prædicando ædificat proximos, alter cōtradicit, certe ædificata destruit, & nullus est prædicationis fructus, nisi labor in casum defumptus. Cū variæ sunt circa infirmi curationem medicorum sententiæ, male cum infirmo agitur. Phara o quia eius Arioli virgas in dracones conuertentes, minime cum Mose sentiebant, obdurato contra Deum animo

Et mit-
tit illos
binos &
binos.

Phi. 2.

Ecccl. 34

Simile.

Exo. 7.

3. Re. 12 animo toties eius mandatis restitit. Acab etiam in bello occisus fuit, quia Prophetæ omnes contra Michæam bellum ipsi suadebant, cum e contra Micheas in bello occidendum prædiceret. Similiter Ioachim Iudææ Rex ad vaticina Prophetarum nutabat. Nam Hieremias ut se dederet, Regi Babylonis suadebat. Alij vero e contra, ut circum positus propugnatoribus alacriter se defenderet hortabantur: Ita Rex in ops consilij huc atq. illuc delatus miserabiliter concidit. Ecce quantum nocent vatiæ Prophetarum sententiæ. Non sic Christus, & Ioannes, sed id ipsum dicebant. Pœnitentiam agite, Sic Saluator: Qui non est mecum contra me est, & qui non colligit mecum dispergit. Lucæ 11. Id ipsum Iacobus cap. 3. Fructus iustitiæ in pace seminatur facientibus pacem: quia ut præmiserat ubi est cōtentio, ibi est inconstantia, qui vero pacem habent id ipsum sentientes, & docentes, seminant in pace fructus iustitiæ, & ita si pacifice, & vnanimiter seminantur, maxima incrementa suscipiunt. Propterea Christus binos & binos discipulos, in pacis, & beneuolentiæ signum mittebat. Ianitores templi bini, & bini in cellulis distributi erant ut dicitur 1. Par. 26. Prædicatores sunt, qui sua prædicatione homines ad Christi Ecclesiam introducunt, quos Saluator binos & binos ad tale officium exequendum destinabat, ut ipsum quo quo gentium venturus esset præcederent, ad hominum mentes præparandas, id enim est eorum officium animas Christo præparare. Abraham misit seruum ad quærendam filio suo Isaac uxorem, profectus vero venit in Mesopotamiam ciuitatiq. Nachor appropinquans

quans, incidit in quam plures puellas a quatum euntes, Rebeceq. sibi potum comedenti in aures, monilia, & ornamenta quibus ea ætas delectari solet dedit tandemq. filio domini sui sponsam ornatam prius adduxit. Prædicatorum officium est, sponfas Christo quere, ipsasq. virtutum donis per prædicationem ornare. Egressus ergo qui ad prædicationem procedit oret primo sicut seruus ille: Si enim Hester antequam Re- Hest. 4.
gi Assuero loqueretur, pro salute Iudæorum oravit, multo efficacius qui pro salute æterna Christiani populi, verba facere debet orare prius oportet, & ita fiet, vt cum sponfis ad Deum reuertatur. Præterea concionatores Christo mentis hospiciam præparant, expurgant eum a vitiis, & virtutum cortinas suspendunt. Tanta vero est multitudo prædicatione indigentium, vt Christus diceret, Messis quidem multa operari autem pauci &c.

QV A parabola pulcherrime prædicatorum officium declaratur Primo quia sicut messem seminatio præcedere solet, ita lex vetus Euangelium præcessit, in qua obscure seminata sunt, quæ aperte in Euangelio explicantur. Qui seminant etiam longo adhuc tempore expectare debent fructus: messores fructus confestim colligunt. Sic discipuli Christiani propinquos habuerunt suæ prædicationis fructus vt lætari quasi in messe possent. Præterea sicut in cassum fruges metent coloni, si non maturæ essent. Ita concionatores frustra prædicationi incumbentes vociferantur auditoribus immaturis, qui surda verba Dei aure percipiunt. Imo fastidiunt ni prius Spiritus

Messis
quidem
multa o
perari
pauci.

K sancti

Actu. 17. sancti gratia maturi sint, sicut Paulo predicante Lucas ait, illos credidisse qui ad vitam præordinati erant. Ideo auditoribus immaturis frustra verba fiunt, quæ ut plurimum contemnunt. Propterea Saluator. Nolite sanctum dare canibus neq. mittatis margaritas vestras autem porcos. Canes sunt qui obfirmato Deum animo, & inuerecunde offendunt, qui nec Dei timore, nec hominum verecundia permouentur. Sunt etiam canes quia proximis oblatrant, indignum ergo quod huiusmodi canibus verbum Dei proponatur. Porci etiam propter immunditiam peccatores nuncupari possunt, qui mysteriorum Dei margaritas, Dei sermonibus quasi conchis inclusas focipendunt. Ista vero propter immaturas fruges, quæ frustra metuntur, dicta sunt. Deinde messi Apostolorum prædicatio comparatur, quia sicut messores fructus non sibi sed domino colligunt, ita prædicatores omnia in Deum referre debent, animas enim si quas suis concionibus explicantur, Deo lucrantur, sed nec gloriam ex prædicatione captare licet, sicut Saluator dicebat Ioan. 8. Qui a semetipso loquitur gloriam propriam querit, qui autem querit gloriam eius qui misit illum, hic verax est. Et Paulus 1. Corin. 3. Quid Paulus? quid Apollo? ministri sunt eius cui credidistis. Demum sicut cum tritico simul paleæ in arcam congregantur, ita in Ecclesia boni malis permixti sunt, omnes enim per prædicationem Euangelicam in Ecclesia congregantur. Sed quemadmodum in area, triticum a paleis separatur, & in horreum mittitur, paleæ vero vel comburuntur

tur

tur vel in escum bestiis conceduntur. Ita in iudicio mali a bonis separati in escam inferni bestiis tradentur sicut Ecclesia canit. Ne tradas bestiis &c. Boni autē per triticum significati in cęli horreū deferentur. Id Ioan. Baptista aptissima parabola declaravit, dicens Matt. 3. & Lucę. 3. Cuius ventilabrum in manu sua, & purgavit aream suam, & congregavit triticum in horreum suū paleas autem, comburet igne inextinguibili. Ventilabrum in manu Christi, est iuditiaria eius potestas, qua boni ad præmium, & mali ad pœnam. Separabuntur, sic Hie. 15. Disperdam vos ventilabro in portis terrę in area ergo Ecclesię triticum paleis permixtū est, sed cā Saluator expurgabit. Demum Apostolorum prædicatio messi comparatur, quia sicut ex fructibus huius anni servantur semina ad futuram messem. Ita discipuli Christi ex his quos messuerūt, reseruarunt ad messem id est ad prædicandum iterum Euangelium. Quia sicut Apostoli Prophetis successurūt, ita Apostolis Martyres, & martyribus Confessores, iis vero tot prædicatores successerunt, qui in mundo populis irrequieto labore toto anno concionantur.

Matt. 3.

Lucę. 3.

Hie. 15.

S E D quamvis mundus prædicatoribus scaterere videatur, constans est Saluatorpis sententia. Messis quidem multa operarij autem pauci, quia quamvis prædicatores multi sint, operarij pauci reperiuntur, qui vita, & moribus, ea quę populis speciosis tantum verbis testantur ostendant. Christus ficulneę folijs plenę & fructibus carenti maledixit. Illi etiam æterna maledictione percusi profecto debent, qui verborum folijs abundantes fructibus bonorum

Matt. 13.

K ij ope-

operum carent. Tales magnopere Ecclesiæ nocere manifestum est. Meretrix quæ coram Salomone causam dicebat, infantem quem interdium lactabat, noctu dormiens oppræsserat, ita concionatores multi, eos quos verbo Dei lactant, suo malo exemplo scandalizantes occidunt. Quibus ut plurimum minime creditur, quis enim crederet ei, qui cum de alicuius viæ periculo admonet, in qua latrones transeuntes spoliarent, ipse confestim eandem viam arriperet? Ita non mirum quod prædicatoribus non credatur, quos vitis indulgere vident, quæ publicæ in suggestu magnificis verbis detestantur. Ideo Gregorius dicebat, Magis valet ad prædicandum sancti amoris conscientia, quam exercitati sermonis scientia. Ea propter Saluator operarios vocat, talesq. a Deo expetendi sunt. Quemadmodum enim terra præficcitate non reddente debitum, vota homines ad Deum præcesq. multiplicant. Sic ad messem euangelicam operariis deficientibus, ingemiscere homines, & a Deo petere debent, non enim minor est hæc calamitas quam illa.

SED qualiter ipsos Saluator ad prædicandum mittat videamus. Ait enim. Itæ ecce ego mitto vos, quasi dicat. Confidenter iniunctum vobis officium suscipite, quia ego mitto: ego qui Mosem ad prædicandum eligens cum abiectissimus esset infans, iamq. moribundus, ad id fastigium extuli, ut prodigiosis signis Pharaoni, & toti Ægypto timorem incutiens, sexcentis hominum milibus imperarit. Ego qui Esaiam ad prophetandum mittens, per Seraphin labia eius ignito calculo purgari feci, ut feruorosis verbis, & zelo meo arden-

3 Reg. 3

Simil.

Grego-
rius.Itæ ecce
ego mit-
to vos.

Exod. 5.

Esai. 6.

ardētibus ad homines vteretur. Ego qui Hieremiam Hiere. i.
etiam ad hoc munus eligens in vtero sanctificaui,
cumque elinguis esset & nesciret loqui ipsum discer-
tum feci, ego igitur ipse mitto vos. Quasi dicat etiam.
Nequaquam vos propria auctoritate prædicationis
munus suscipitis, sicut multi de quibus Propheta Hiere. 13
Hieremiæ. 13. Non mittebam Prophetas & ipsi curre-
bant, sed ame destinati & quasi electi legati, ad prædi-
candum proceditis. Sic enim ego dabo vobis os & sa-
pientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersa-
rij vestri: sicut ad Iob dicebat. Quis posuit in visceri-
bus hominis sapientiam, & quis dedit gallo intelligen-
tiam? cap. 33. Galli nomine prædicatores significantur, Iob. 33
qui in tenebris vitæ præsentis, venturam lucem præ-
dicando annuntiant, sicut Paulus dicebat. Nox præ-
cessit, dies autem appropinquavit Ad Rom. 13. Qui Rom. 13
etiam suis vocibus, somnum nostri corporis excu-
tiunt clamantes sicut Paulus ibidem. Hora est iam Rom. 13
nos de somno surgere. In horum visceribus Deus
sapientiam ponit, cum eos ad prædicandum, vt
iuxta quod lingua loquitur viuat & conscientia. Et
etiam, vt moneret quibus, quod quando, & quo
modo, officium exequantur. Quia secundum qua-
litate[m] audientium formari debet sermo doctorum.
Sepe enim quibusdam nocent quæ alijs profunt, si-
cut herba quæ hunc morbum minuit illum auget,
& quæ hæc animalia reficiunt illa occidunt. Panis
qui vitam fortium roborat paruulos necat. Mentis
enim auditorum quibus concionatores prædicant,
citharæ cordis comparantur, quas tãgendo musicus, similes
K iij vt sua-

vt suauem omnes concentum efficiant, non similiter pulsant. Ita Doctor quamuis vna cunctos charitate edificet, non eadem exhortatione docere debet. Gallus etiam profundioribus noctis horis, violentiores voces edere solet, cum vero matutinum tempus appropinquat leuiiores, in quibus prædicatoris discretio designatur, qui cum peruersis, & iniquis hominibus prædicat qui noctis peccati & inferni calligine obducti sunt, altis, & magnis vocibus iudicii timorem incutit. Cum vero auditoribus veritatis & virtutis lucem adesse cognoscit, clamoris sui horrorem in Lenitatem vertit eos consolando. Gallus etiam cum edere cantus parat, alas excutens semetipsum quasi ferit, & vigilantiorum reddit. Sic prædicator cum edere prædicationis voces parat, prius se in sanctis actionibus exercere debet, ne torpens ipse, alios a torpore & somno excitare præsumat. Sed mirum est quod de Gallo Prouer. 30. dicitur. Cum enim incrimis sit nisi rostro debili ferire non possit adeo confidenter ambulat, vt inter ea quæ benegradiuntur connumeretur. Tria sunt quæ bene gradiuntur & quartum quod incedit feliciter Gallus succinctos lumbos suos, ad nullius paucit occursum. Ita Prædicatores sancti, succincti lumbos, id est carnis passionibus frænatis, quamuis imbeciles corpore sint & sine armis, sola Christi gratia, & Spiritus sancti fauore intrepide munus execuntur, ita vt nihil in mundo sit quod illis timorem incutere possit. Hoc diuus Paulus multis in locis testatur, & in discipulis a Christo missis, apertissime expertum fuit; Qui cum in-
firmi

Peus.
30.

firmi essent solis spiritualibus armis, tyrannos, & infideles proterebant.

HANC illis Christus confidentiam tribuebat cum dicebat. Mitto vos sicut agnos inter Lupos: ac si diceret. Quamuis debiles sitis sicut agni, tamen aduersus rapaces Lupos preualebitis. Lupi inter agnos cruentissime grassari solent, Deus vero e conuerso per agnos Lupos cepit. Sic namq, eius sapientia magis emicuit. Pharaonem vilissimis muscis & vermibus expugnat, vt eius magis superbiam elideret. Holophernem imbellis femine manu iugulauit. Goliath funda & lapide David ad necem compulit. Similiter tanta fuit in discipulis Christi virtus Spiritus sancti, taliq. eos fortitudine aduersus obuios quosq. hostes munivit, vt cū agni essent infirmi cruentissimos Lupos in oues prius conuersos, ad ouile Christi perduxerunt. Paulus Apostolus Lupus erat qui in agnum conuersus multos postea Lupos cepit. Agni vero Prædicatores dicuntur, quia sola pene pastoris cura viuunt, ita discipuli Christi ad prædicandum missi, quasi agni sola Saluatoris cura constantissime veritatē asseuerabāt, nil aliud querētes. Sic Prædicatores nil aliud querāt aut solliciti sint, quia tali cura positi, nō est quod temporalia damna timere debeant, ideo nihil eos portare volebat, quasi dicens. Sub mea cura quasi agni positi nullam aliarum rerum, sollicitudinem habeatis. Sic dicitur Prouer. 3. Habe fidutiam in Domino, ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ, time Dominum, & recede a malo, sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossium tuorum. Quasi dicat. Non est quod aliarum

Sicut
agnos
inter Lu
pas.

Ero. 8.

Judith.

23.

1. Reg.

Nolite
portare
saculum
&c.
Prou. 5.

aliarum rerum sollicitudinem habens, sed confide in
 Domino, neq. ad victus aut amictus anxietatem de-
 mittas animum, neq. inimitaris prudentiæ tuæ, sicut
 homines qui suis astutiis victum querunt, si enim Deū
 timueris a peccatis abstinens, erit sanitas vmbilico
 tuo: Puer in ventre matris existens per vmbilicum pa-
 scitur. Ecce quā curam Deus tui habebit, qui te quasi
 in ventre portare ipromittit sicut mater filium, vt sic
 quasi per vmbilicum pascaris. Quemadmodum enim
 si mater comedit, nō potest filius qui in vtero suo est,
 non comedere, & alii: ita Deus tui curam habebit si in
 ipso confidis. Ita Abacuch 3. Mentietur opus oliuæ &
 arua non afferent cibum, abscidetur de ouili pecus, &
 non erit armentum in præsepibus, ego autem in Do-
 mino gaudebo. Similiter Saluator suis dicebat. Non-
 ne duo passeres veniunt di pondio, & vnus in illis non
 est in obliuione corā Deo, multis passeribus meliores
 estis vos. Animalia enim huiusmodi a Deo pascuntur,
 & quamuis vili prætio vendantur Deus illorum ne-
 quaquam obliuiscitur cum ergo (ait Christus) vos me-
 liores sitis, minime Deus obliuiscetur vestri, nam mul-
 tis passeribus meliores estis vos: Quæ verba magni a-
 moris exaggeratio sunt. Sicut cum pater filium feri-
 cam vestem deturpare videt cedit, sed cum plorantem
 cōsolari vult, de osculatus eum ait, file meliores tu quā
 tua vestis, ita Saluator plus passeribus melior es estis
 vos. Qui ergo prædicationi incumbunt, non est quod
 timeant, quia sub Christi cura degunt, & propterea ni-
 hil eos portare oportet quamuis proprii laboris intui-
 tu aliquid a fidelibus accipere possit. Sicut Paulus dice-
 bat ad

bat ad

bat ad Gala. 6. Communicetis qui cathetizatur verbo ei qui se cathetizat in omnibus bonis. Sed quia ista post habēda sunt ideo ait. Nolite portare. Sed quod præciperet vt neminem per viam salutarent mirandum est, cum ciuilitatis opus sit minime prædicationi contrarium. Sed id Christus per hiperbolem dixit sedulitatem, & diligentiam suis discipulis iniungens, tali enim celeritate, & diligentia prædicationis munus exequendum est, vt omnes itineris moras deuitare oporteat si remorentur, etiam salutationem ex qua confabulatio sequi solet. Tale præceptum Helisæus dedit Giezi seruo eius cum eum ad suscitandum mulieris filium mittebat. Et forsam ob id apud Mattheum c. 11. dicebat, cum eos prædicandum mitteret: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Serpens caput custodit, ita prædicatores iusti quoduis detrimentū patiuntur, dūmodo in capite suo scilicet Christo minime feriantur, ipsumq. custodiunt ne ab aliis offendatur. Serpens etiam stricto foramine pellem dimittit, ita viri perfecti strictam pænitentiae viam ingredienti, veterem hominem deponunt. Serpens etiam lauda & terra aures opperit, ita prædicatores iusti quolibet humanas voces, surda debent aure transire, ita vt quoduis etiam ciuile salutationis, & confabulationis obsequium, si eos remoretur prætermittere debent.

4. Re. 4.

Matth.
11.

PACEM vero offerre prius præcipit, ad ostendendum prædicatores a Christo missos, pacem annuntiare debere prius, & reconciliationem cum Deo, si forte dissidium ob culpam intercedat. Seuere vero Deus

Primè
dicite
pax huic
domui.

L & re-

ab illis rationem exiget quibus toties pacem obtulit
Simile. & recipere noluerunt. Si enim nobilis quispiam rusti-
 co a quo offensus esset, reconciliari vellet, & legatos
 aut mediatores, qui de compositione agerent mitte-
 ret, & ille petulantius, nec auditos quidem dimitteret,
 & nobilis non desisteret sed per eosdem rogaret, vt iu-
 re potius si vellet secum diceptaret, & ipse sibi iudicem eli-
 geret quem vellet, & rusticus nec id efficere vellet.
 Tandem nobilis per nuntios sibi significaret, se sui iu-
 ris aliquid amissurum, dummodo pacem inter se
 componerent, & rusticus nec hoc admitteret; obse-
 cro quo supplicio talis dignus esset? Taliter se Deus
 nobiscum gerit, qui primo per legatos, scilicet prædi-
 catores, pacem offert cum toties eum offenderimus,
 homines vero quandoq. quidem ipsos inauditos flo-
 cipendunt. Quandoq. vero audientes nihil eorum
 efficiunt quæ auribus exceperunt. Nec hoc Deus con-
 tentus per eosdem nobis edicit, vt iure secum conten-
 damus nobisq. iudicem eligamus, hoc fit in sacramen-
 to pænitentis iudicemq. nobis Deus eligere conce-
 dit, ex tot sacerdotibus ad id expositis. Sed nec hoc ho-
 mines efficere volunt, qui multo tempore extra Dei
 amicitiam positi, vel cum graui peccatorum ponde-
 re, cōfessionem procrastinant, raro vero pænitent, quā-
 uis singulis annis efficere videantur. Sed nec ob id
 Deus nostram salutem curare cessat, qui nec iure suo
 contra nos utitur, cum enim ipsam offendimus iu-
 re suo uteretur, si confestim puniret sicut antiquitus
 faciebat. Quod quidem Deus minime efficit expe-
 ctans si quando a peccati somno experrecti resipisca-
 mus.

mus. Si ergo homines Deo toties pacem offerenti fores claudunt, & Prædicatores qui Dei legati sunt contemnunt, quo supplicio digni sunt? Sic Deus dicebat Hier. 29. Ego cogito cogitationes pacis &c. Hanc pacem Prædicatores quasi Dei legati offerunt sicut Paulus dicebat 2. Corinth. 5. Pro Christo legatione fungimur tamquã Deo exhortante per nos, obsecramus ergo pro Christo reconciliamini Deo: ac si diceret. Nos Christus quasi legatos mittit, & Deus per nos exhortatur, nomine ergo Christi vos obsecramus, vt Deo reconciliemini, si forte propter peccatum disidium intercesserit. Hanc igitur prædicatores pacem offerunt. Quamuis etiam Christus illud discipulis præceperit, vt sic suos hospites salutarent. Sicut etiam ipse suos post resurrectionem salutauit, dicens. Pax vobis. Pacem igitur Prædicatores offerre debent, qua homines cum Deo reconcilientur.

Hier. 29.

29.

2. Cor. 5

L ij

EGO

✠ EGO SUM VITIS VERA;
 & pater meus agricola est, omnem
 palmitem in me, non ferentem
 fructum tollet eum &c.

Ioannis 15.

HVIUS parabolæ qua Christus viti, pater agrico-
 læ, & fideles palmitibus comparantur scopus est,
 nonere Apostolos, & successores etiam fideles: vt fru-
 ctus bonorum operum proferentes, perseuerantes in
 eo mancant. Viti vero potius quam alteri arbori com-
 paratur, quia circa vites coloni maiorem curam adhi-
 bent, & vitis fructus dulcissimus est, quamuis ipsa sit
 deformis, ita Saluator qui despectus exterius appare-
 bat dulcissimum in cruce fructum protulit. Dicitur ve-
 ro vitis vera, non quod non metaphorice dicatur, sed
 quia ipsi verissime vitis proprietates cōueniunt. Vitis
 etiam vocatur Christus, non solum secundum diuinā
 naturam, sed etiam secundum humanam secundum
 quam fideles cum eo eiusdem sunt naturæ, quia etiā
 secundum eandem naturā caput est Ecclesiæ. Sed
 quatenus illa humanitas coniuncta est diuini-
 tati in vnitatē personæ. Ita hominibus
 per vnitatem naturæ coniunctus
 quasi palmitibus influit,
 sed hæc & alia la-
 tius profequere
 mur.

CON.

CONCIO.

SI corporalis vite momenta, taliter Deo disponente discurrunt: vt nec moueri quidem sine ipso, aut operari quidpiam valeamus. Nulli mirum esse debet, spiritualem animæ vitam, quam a Christo Deo & homine, per baptismum suscepimus, taliter ab ipso dependere: vt nisi in eo maneamus, & ipse nobis operantibus adsit, nequaquam efficere aliquid, suæ Maieitati consonum possimus. Id est quod Saluator proposita nobis parabola, insinuare voluit, qua se viti, fideles vero palmitibus comparauit. Ea enim nos vnum esse cum Christo fide, & amore, qui nobis ad bene operandum virtutem influit, significatur. Vitem si exterius aspicias nullam eam speciem habere videbis, est enim hispida, curua, & deformis, eius vero fructus dulcissimus est, ob idq. alijs arboribus quantumcumq. procexibus præstat. Ita Saluator exterius nullam speciem habebat præsertim in cruce: imò omnium virorum nouissimus videbatur, sed præciosissimum nobis fructum protulit, sanguinem videlicet, quem sub vini specie sumendum in mensa concesserat. Vera autem vitis dicitur, quia verissime ipsi vitis conditiones conueniunt, aut propterea quia pro fructu veritatem profert, vel quia non degenerat, sicut illa quæ pro vuis fecit lambruscas. Pater vero cælestis agricola est, qui hanc vitem plantauit, cum filium suum in virginis ytero carnem sumere

Ego
sum vi-
tis vera.

Et pater
meus a-
gricola
est.

L iij voluit.

Esa. 53. voluit. Ita Esa. 53. Ascendet quasi virgultū corā eo, vidi-
 mus eum & non erat aspectus, considerauimus eum,
 nouissimum virorum &c. Quicumq. vero per fidem,
 & baptisma Christo adhærent, eius palmites sunt, qui
 ab ipso germinant, & in ipso viuunt, sicut Paulus di-
 cebat ad Eph. 2. Deus autem qui diues est in misericor-
 dia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit
 nos, cum essemus mortui in peccatis conuiuifica-
 uit nos in Christo. Quemadmodum vero quid quid
 viriditatis habent palmites, a vite habent, ita fideles
 a Christo succum gratiæ, & viriditatis habent. Sed si-
 cut vitis omnibus palmitibus succum transfundit,
 sed non omnes eum retinent, nec fructificant. Ita
 fidelibus omnibus Saluator quantum in se est, gra-
 tiam offert, non tamen omnes eam accipiunt, quia
 infructiferi multi reperiuntur, imo cum Christo
 per fidem adhæreant, prauorum operum fructus
 producant. De quibus Moses. Fel draconum vi-
 num eorum venenum aspidum. Multi enim fide-
 lium, non suaue vinum producant, sicut frugife-
 ri palmites, sed pro vino fel ædunt infernalium
 draconum, venena etiam ab infernalibus serpenti-
 bus accepta, producant. Multos enim fidelium vi-
 deas Paganos vitæ turpitudine superare, qui tamen
 Christianos se esse magnificis verbis gloriantur. De
 quibus Esaia. 29. Populus hic labiis me honorat &c.
 Multi enim fidelium solo ore Christum laudantes
 operibus ipsum prauis irritare non cessant. Sicut sub
 Hæsch. 8 Iudeorum typo Deus Ezechieli ostendit. Addu-
 xit enim Prophetam in Hierusalem & respiciens ad

atri-

atrium interius, conuertensq, oculos ad aquilonem vidit ibi idolum constitutum cui Deus dixit. Vide quid isti faciunt, adhuc videbis abominationes maiores, cui iusso parietem fodere, ostendit que intus latebant, & vidit Propheta animalia multa depicta, Leones videlicet, Ursos, Lepores, Structiones, Lupos Sues, postea seniores quosdam Propheta vidit stare cum turibulis, taliumq. animalium imagines adorare. Sed adhuc (ait Deus Propheta) videbis abominationes maiores. Et ingressus vidit mulieres sedentes, & plangentes Adonidem. Ostensis vero his omnibus dixit Deus Prophetae Ezechieli. Certe vidisti, numquid hoc leue est domui Israel? quia replentes terram iniquitate conuersi sunt ad irritandum me, & ecce applicant ramum ad nares suas. Hisce profecto quae Deus Prophetae ostendit, Christianorum multorum mores expraessi sunt, qui quamuis in Ecclesia sint, & Christo per fidem adhaerant, quasi palmites, teterri-
 mis vitiis succumbunt. Sunt enim in Ecclesia multi, qui idola potius Christianorum, quam Christiani sunt, ij enim oculos habent nequaquam ad recta videndum veluti pauperum miserias. Manus habent non ad bene operandum. Pedes non ad ambulandum per viam iustitiae & mandatorum Dei. Aures non ad Dei verbum audiendum. Os non ad Deum laudandum. Cor non ad iniurias condonandum, & ideo idola potius quam fideles dici deberent, qui solum exteriori pictura Christum ostendunt.

Aliter hoc interpretari potest vt Rupr. exponit. De⁹ enim abominationes ostendendo, incrementa peccatum
 Rupr.
 pond-

Amos. 1.

ponderabat, dicens. Adhuc videbis abominaciones maiores. Quæ quidem Propheta Amos etiam ponderabat dicens. Super tribus sceleribus Damasci, Israel. Gaze, Tiri, Sidon, filiorum Amon, Moab, quo septenario numero gentes omnes significantur. Primum scælus est malum in desiderio habere turpēs cogitationes in anima nutriendo. Secundum opere cogitationes complere. Tertium in consuetudine habere. Quartū ipsum defendere, sibiq. in ipso complacere. Primum horum significatur per Idolū, tot enim homines idola colunt, quot res animo concupiscunt, quæ quidem cogitationes prauæ, ab a quilonari parte, id est Diaboli suggestionē, proueniunt, qui ergo morose cogitando, delectantur, quiq. concupitis frui desiderant, idolo latre iudicandi sunt. De iis dicebat Ezechi. 14. Vir de domo Israel qui posuerit abominaciones suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suæ poluerit contra animam suam, & venerit ad Prophetam vt interroget per eum me, ego Dominus respondebo ei in multitudine iniquitatum eius. Alij vero fidelium ad opus procedunt prauas suas cogitationes, quas multo tempore nutrierunt, executioni mandantes, & ita plerosq. videas, qui se fideles nominant, fædissimis animalibus seruire, imo diuersorum animalium naturam inducere, multosq. videas Leones superbia & crudelitate superare, rapacitate Lupos, hypocharisi Vulpes, luxuria Porcos, foeditate Canes, pusillanimitate Lepores. Isti ergo qui plusq. ferinis moribus præditi sunt Christiani dicendi sunt, & suprænæ huius vitis palmites? Indigne profecto eo nomine gaudent, qui illud taliter prauis moribus

Ezechi.

14.

moribus deturpāt. Sed adhuc sunt abominationes ma-
 iores inter fideles, multi enim præter id quod multis
 vitiis inuoluuntur, eorum consuetudine delectantur,
 imò iam senes, & pueri profecto centum annorū ma-
 ledictioni proximi, totum pene suę vitę tempus tali-
 bus operibus transigerunt. Ita vt iam grādeui, nec ho-
 rrore mortis, nec iuditij Dei timore ab illis abstrahan-
 tur. Sed adhuc abominationes peiores reperiuntur,
 sicut enim aliqui foemine potius mollitię quā viri, ef-
 foeminatum cor habentes, qui vitiorū serui, non solū
 ea deserunt, sed defendunt & pene in peccatis con-
 putrescunt, hoc pessimum est vitium & pene irrepara-
 bile quia contra Spiritum sanctum, quia tales sua inue-
 terata malitia, Dei bonitati resistunt, nam cum per et-
 tatem, ipsa natura peccata multa veluti a se excutiens
 repellat, consopitis senio fomentis, ipsi quasi plangen-
 tes reuocare vellent, quia consuetudo illorū pessima,
 in naturam conuersa est. Alij adhuc deteriores viden-
 tur qui dorsa contra templum habentes, aderont ad
 ortum solis. Taliter enim aliqui vitiis per longum tē-
 pus dediti, ipsaq. defendentes obdurantur, vt scapulas
 ad Ecclesiam vertant, ex toto pene sacramentorū obli-
 ti, & quę Deus ad medicinam concessit contemnunt.
 De iis igitur omnibus dixit postea Deus Prophetę.
 Certe vidisti fili hominis, replentes terram iniquitate
 conuersi sunt ad irritandum me, & ecce applicant ra-
 mū ad nares suas. Ex ramo enim per nares nihil aliud
 quā leuis odor ingreditur, tota vero rami substantia
 exterius remanet, & variis floribus sine fructibus rite
 composita, ecce qualiter fidē mortuā Deus depingit

M Nam

Simile.

Nam fideles qui peruerse viuunt, nihil aliud intus in anima habent, quam fidem mortuam qua se Christianos vocant, tota vero Christianitatis substantia quasi ramus ex floribus, & non fructibus compositus exterius ostenditur, nihil enim in eis inuenies nisi folia verborum, & ceremoniarum exteriorum, quibus se Christianos profitentur, verecundia potius aut timore, quam candide, & sincere, videas enim eos, genua flectere, ore solum orare, ad conciones pergere, cum eis nihil commoueatur, denique sola exteriori pictura fidem ostendunt, quasi ramum ad nares applicando. Quid obsecro de iis sentiendum qui cum Christo se adherere sicut palmites gloriantur, non solum infrugiferi sunt, sed prauis operibus repleti. Hinc fit ut plerique horum, fidem qua Christo adhærent, etiam amittentes, a cælesti agricola tolluntur, & a vitæ absconduntur, sicut Gregorius dicebat. Aliqui habentes lumen fidei viuunt in fideliter, & quia digna fidei opera facere negligunt etiam fidem perdunt. Qui enim multo tempore Dei obliti vitiis indulgent, in fide etiam nutant, quia nemo repente fit summus, & cum summa nequitia sit fidem abnegare, paulatim homines ad id perueniunt, & hoc in causa extitit quod multæ prouintia ad hereticos decesserunt. Quia scilicet prius in uerecunde prauis operibus, scilicet luxuriis, latrocinis, comestationibus, blasphemis, homicidiis, non ciuitates mod, sed prata omnia, ut sapiens ait deturparunt. Quid igitur mirum est tales fidem etiam amittere? Propterea dicebat Daniel. Memor esto domine filiorum Edon in die Hierusalem.

salem, qui dicunt exinanite, exinanite vsq. ad fundamentum in ea. Filij enim Edon contra Hierusalem clamabant exinanite eam vsq. ad fundamentum, propterea David orabat, vt Deus illius recordaretur ipsam ab illis defendendo. Similiter demones contra animam veluti vociferantes dicunt, Exinanite vsq. ad fundamentum, volunt enim eam vsq. ad fundamentum subuertere. Fundamentum in anima super quo tota virtutum structura consurgit fides est, super ea Charitas, Spes, Humilitas, Fortitudo, Temperantia, Iustitia. Prudentia, Mansuetudo, Benignitas, & alię virtutes fundantur: Sed demones suis suggestionibus, & ad malum impulsionebus, animam vsq. ad fundamentum exinanire volunt, homines enim ad prauos mores inducentes, eorum animas destruunt, tollunt enim ab anima charitatem per lætale peccatum, tollunt fortitudinem per pusillanimitatem, temperantiam per luxum, & comotationes, castitatem per inhonestos actus, iustitiam per fraudes proximis illatas, humilitatem per superbiam, prudentiam per incogitantiam, exclusis igitur per vitia virtutibus, quasi lapidibus firmis supra fundamentum constructis, remanet nudum fidei fundamentum, & cum non sit aliud quod tollant, ipsum etiam fundamentum subuertunt. Videat igitur fidelis quisq. qualiter virtutes conseruare debeat, ipsis enim sublatis, multoties etiam fidei fundamentum, admissa heresi, vel dubitatione circa ea quę Ecclesia docet aufertur, ita exinanire vidimus in ciuitatibus, & prouintiis, eos qui a fide exorbitarunt, & similiter vnicuiq. illorum

M ij accidet

Ro. ii. accidet, qui taliter virtutes deferentes vitiis se inuere-
cunde dedunt. Ita Paulus ad Rom. ii. Tu fide stas noli
altum sapere, ed time, si enim Deus naturalibus ramis
non pepercit, ne forte nec tibi parcat, vide ergo boni-
tatem & seueritatem Dei, in eos quidem qui cecide-
runt seueritatem, in te autem bonitatem, si per manse-
ris, in bonitate alioquin, & tu excideris: ac si Paulus vni
cuiq. fidelium dicat. Quandiu fidē habes stas, & Chri-
sto adhæres, noli ergo per superbiam quæ radix ma-
lorum est, altum sapere, sed time: nam si superbis, & a-
liis vitiis indulges continget tibi sicut aliis multis quos
Deus excidit, vide ergo in illis seueritatē Dei, qui pro-
pter eorum vitia & incredulitatem, sua seuerissima iu-
stitia eos excidit, tamquam in fructiferos ramos, in te
vero contemplare, & lauda Dei bonitatem, qua te su-
stētat, quia si perseueraueris effuse vitiis indulgēdo, tu
etiam excideris tamquam inutilis.

*Et eum
qui fert
fructū
purga-
uit.*

Simile.

SVA ergo Deus seueritate quosdam tollit, & alios
sua bonitate sustentat, imò purgat quasi agricola labo-
ribus, & tribulationibus, vt amplius frugiferi sint. Et
ideo non est quod fidelis tribulationibus a Deo im-
missis, vel turbetur, vel animum despondeat, sed con-
soletur, sibi enim in bonum cedunt, sicuti palmitibus
cum purgantur. Quemadmodum lignum quod ra-
ptando ab agro in ciuitatem ducitur, ipsumq. artifex
suis instrumentis veluti purgans, politum, & elegans
reddit, vt ædificium exornet. Ita Deus homines tribu-
lationibus quasi instrumentis purgat, vt in cælesti pala-
tio eleganter collocentur. Nullus enim homo præter
Christum & virginem sine aliqua peccati rubigine esse
potest

potest in hac vita, in qua Deus suos purgat, vt fructus
 vberiores afferant ita Pro. 20. dicitur. Quis potest dice
 re mundum est cor meū purus sum a peccato? Quasi Prover.
20.
 dicat. Nullus. Quamtuvis enim aliquis iustus sit, ali-
 quam carni, & sanguini coniūctus, totq. tentationibus
 pulsatus rubiginem contrahet, aqua (vt diximus) per
 tribulationis fornacem Deus dilectos suos purificat,
 sicut dicitur Prouer. 15. Aufer rubiginem de argento, Prou 15
 & egredietur vas purissimum, quando enim rubigo re-
 liquiarum peccatorum, aut venialis peccati aufertur
 purissimum vas restat. Sic etiam Ecclesiastici 27. Vasa Ecclesi.
27.
 figuli probat fornax, & homines iustos tētatio tribula-
 tionis, qua scilicet Deus eos expurgat. Sicut Mala. 3. Se Mala. 3.
 debet conflans & emundans argentum, & purgabit fi-
 lios Leui, & colabit eos quasi argētum, & quasi aurum,
 & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Mun-
 dati enim fideles per fornacem tribulationis, fructus
 Deo bonorum operum offerunt. Hoc etiam Palus di-
 cebat ad Titum. 2. Tradidit semetipsum pro nobis vt Titu. 2.
 redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi po-
 pulum acceptabilem sectatorem bonorum operum.
 Quibus verbis Paulus merita Christi, mortem, &
 passionem & charitatem erga nos perstringit, quia
 scilicet semetipsum pro nobis tradidit, vt nos pri-
 mo ab omni iniquitate redimeret, deinde vt mun-
 daret nos. Taliter vero mundati, nequaquam otio
 torpere debent, sed bonis operibus incumbentes Vt fru-
ctū plus
afferat.
 eum qui taliter eos mundauit imitentur. Sicut dice-
 bat Paulus ad Collon. 1. Non cessamus pro vobis oran- Collo 1.
 tes, & postulantes, vt impleamini, agnitione vo-
 luntatis

luntatis eius, vt ambuletis digne Deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes, vt crescat &c. Orat Paulus vt Collossenses non solum Dei voluntatem cognoscant, sed totum intellectum plenum habeant sua cognitione, vt in omnibus ipsi placere studeant, & fructificent, & crescant in omni opere bono. Ad hoc purgatio palmitum fit vt bonis operibus palmites fructificent. Quamuis Apostoli, excluso Iuda proditore mundi essent per doctrinam etiam Euangelicam, & suauissima Christi verba, quibus crediderunt, & animas eorum ad veram pietatem inflamarunt. Præterquam quod Christus in baptismo animas mundat suo verbo, sicut Paulus dicebat ad

Ephe. 5. Christus dilexit Ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Nam verbum vite aquæ coniunctum ab inquinamento per originem contracto, emundat. Verba etiã Dei animas mundare solent sicut per Ezechielem dicebat Deus c. 36. Effundam super vos aquã mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Quã quidem animarum per verba Dei mundationẽ.

Si. nile. Quidam ex sanctis Patribus pulcherrimo exemplo suo discipulo declarauit. Petierat adolescens quid sibi faciendum esset, vt peccata vitaret, & virtuti incumberet, cui senex respondit vt libenter verba Dei audiens oblectaretur, respondit iuuenis, libenter se quidem audire, sed confestim audita verba ab eius memoria excidere: Tunc senex cistellam illi tradens iussit vt plenam eam aqua a fonte duceret, sed cum

semel

semel, & iterum tentans, efficere non posset, aqua de cistella protinus effluente, dixit seni, ex illo labore in cassum desumpto saltim cistellam mundatam fuisse: Non aliter (ait senex) verba Dei se tecum habent, quamuis enim a memoria excidant te mundant, si vero corde ea susceperis. Quod quidem etiam ex hoc patet, quia loquente Petro, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Sermo igitur Saluatoris qui discipulis, & omnibus Christianis fuit sicut agricolæ instrumentum, quo cælestis Pater superflua præcidit, palmites expurgavit ut vberiores fructus afferrēt. Si tamē in Christo maneat, ad quod eos Saluator hortatur dicens. Manete in me &c. Quid prodest Christo per fidem adhærere ni perseveraueris. Vitis quidem sine palmitibus esse potest, palmites vero sine vitæ persistere non possunt, quia vitis nihil a palmitibus accipit, sed ipsi a vite nutrimenta suscipiunt.

Actu.

Manete
in me
&c.

EA propter Christus dixit. Manete in me, & ego in vobis maneam, quia ista reciprocantur. Sic enim homines erga Christum se habent, sicut dux alicuius castris, cum suo castro, quandiu enim castrum custodit, se ipsum etiā custodit, si autē castrū custodire neglexerit, se ipsum etiā perdit. Ita quandiu Christum seruamus nos etiā custodimus, si autē in nobis Christū conseruare negligamus, nos ipsos perdimus, & si nos ipsos etiā minime custodimus, nec Saluatorē in nobis custodiemus. Palmes (ut diximus) sine vite ferre fru-

Et Ego
in vobis.

Simi'es

Etum

Atum non potest, quia ergo Christus vitis & nos pal-
 mites, sine ipso utiq. bonorum operum fructus pro-
 ducere non valemus. Qui vero in Christo manet &
 Christus in eo, hic fert fructum multum &c. Accipit
 enim succum gratiæ qui ipsum germinare facit. Sic
 Osee. 14. dicitur Osee. 14. Ego quasi ros Israel germinavit sicut
 Gaia. 5. liliū. Isti fructus connumerantur a Paulo ad Gala. 5.
 Fructus autem spiritus, charitas, gaudium, pax, patien-
 tia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fi-
 des, modestia, continentia, castitas, in quibus tota pe-
 ne spiritualis vitæ structura apparet, & mirabilis Spi-
 ritus sancti in nobis effectus. De iis etiam loquitur Pau-
 lus ad Ro. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatio-
 ne finem autem vitam æternam. Et per hos fructus e-
 tiam peccatū tollitur, sicut Esa. 27. dicitur. Hic est om-
 nis fructus: ut auferatur peccatum. De iis etiam loque-
 batur Paulus ad Collo. 1. Non cessamus pro vobis o-
 rantes: ut ambuletis digne per omnia placentes &c.
 Et hoc a Christo nobis provenit, quia sine ipso nihil
 efficere possumus, Deo gratum, aut vitæ æternæ meri-
 torium. Ex quo etiam discimus quasi nihil corā Deo
 esse, quod non ex spiritu Christi procedit. Quia ipse
 est qui vitalem nobis succum gratiæ suæ transfundit,
 sicut radix palmitibus infundere solet. Hoc gratiæ suc-
 cuo suscepto, fideles suavissimum ipsi fructum produ-
 cunt, quia de plenitudine Christi, qui vitis est, fideles
 omnes accipiunt. Quod cum ita sit, quidnam palmi-
 tes ab eo separati poterunt efficere? Ad nihilum pro-
 fecto aliud quam ad nutriendum ignem valent. Sed
 non hoc Christus solum ait, sed primo quod eicietur
 foras

sine me
 nihil po-
 testis fa-
 cere.

Si quis
 in me
 non mā-
 ferit,

foras. Separantur enim huiusmodi in fructuosi palmites, ab aliorum consortio, & si non aperte fiat tamen iusto Dei iudicio sibi ipsis relinquuntur nec Christi gratia amplius viuificantur, deinde arescunt, deficiente enim gratæ succo nulla viriditas esse potest. Postea tales aridi facti colliguntur a tartareis ministris, & in fasciculos alligati (sicut de lolio diximus) in ignem mittentur vt ardeant. Aliorum vero arborum rami abscissi, non semper igni deputantur, sed alteri vsui deservire poterunt, sed in fructuosa sarmenta, nequaquam ad aliquid aliud nisi ad ignem inseruire poterunt, & ideo aptissime fideles per prava opera a Christo degenerantes sicis sarmentis comparantur, qui abscissi in ignem eiciuntur, cum nulla alia ex eis utilitas elici possit. Ita dicebat Deus Ezechielis ca. 15. Fili hominis quid fiet deligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna silvarum, numquid tolletur de ea lignum vt fiat opus? aut fabricabitur de eo paxilus vt dependeat ex eo quodcumq. vas? Ex quibus verbis vt Augustinus ait videre licet, palmites contemptibiles esse, nisi in vitæ manserint. Palmi igitur aut vitis congruit, aut ignis, si in vite nō est, in igne erit. Et si vos palmites ignis, metus non terret, in quem proiiciendi eritis, nisi in vitæ manseritis, utilitas vos moueat ad manendum. Quia si in me (ait Saluator) manseritis, & verba mea in vobis manserint, quodcumq. volueritis peteris, & fiet vobis, ac si dicat. Preter hoc quod vberimos fructus proferetis, petetis & accipietis, si fide, & dilectione in me manseritis, & verba mea memoria retinentes, opere compleueritis, sicut dicebat David. Memo-

Eicie-
tur fo-
ras sicut
palmes
& ares-
cet &c.

Ezec. 15

August.

Si in me
manser-
itis & ver-
ba &c.

res sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea. Et 1. Io.
2. Scribo vobis iuvenes quia fortes estis, & verbum
Dei manet in vobis. Ita enim recipiuntur, quia
quis quis manet in Christo, verba eius in ipso ma-
nent, quomodo cumq. maneat, si sola fide in Christo
manet, ita etiam quodammodo verba eius per fidem
in ipso manent. Si vero perfidē & charitatē verbū etiā
perfecte in ipso manet, & ita quæcūq. petit accipit &c.

HOMO QUIDAM NOBILIS
abiit in regionem longinquam acci-
pere sibi regnum Lucę 19.

AD intelligendum, huius parabolę scopū a Chri-
sto intētum, oportet obseruare verba quę ipsam
precedūt, ait enim Euāgelista. Dixit ad illos parabolā
eo quod esset prope Hierusalē, & quia existimarent,
quod confestim regnum Dei manifestaretur. Existi-
mabāt enim discipuli Regnum Christi quod tempo-
rale esse credebant, in Hierusalem publice manifestā-
dum: vt igitur hanc errorem illis eriperet parabolā
proposuit, cuius scopus est, ostendere Regnum Chri-
sti non fore publice manifestandum, quousq. accep-
ta Regni possessione triumphans ad iudicandum ve-
nerit, & ideo interim nequaquā est otio vacandū, sed
negotiationi incubendum donis a Deo acceptis, quę
per Mnas significātur, Mna enim Minā significat Mi-
na vero duodecim vncias cōtinebat, lucrū vero quod
a suis Saluator exigit illud est vt inceptū a scopus pro-
sequētes animarū salutem incubāt, in quibus Christus re-
gnū suū spirituale esse, haud occulte ostēdit, & cū iā
cepisset, magnū incrementū suscepturū in Hierusalē tā-
demq.

dēq. in fine publice manifestādū, cū spiritualiter prius
 interris creuerit. His præfixis nō est difficile parabolā
 intelligere. Homo iste nobilis Saluator est, quia filius
 Dei, & virginis quæ ex femine erat David. Abiit vero
 in regionē longinquam, quando post resurrectionē
 in cælū cōscēdit, vt quasi homo regnū sibi debitū acci-
 peret, & accepto rediret suo tēpore scilicet in nouissi-
 mo die. Ante vero quā proficisceretur vocatis Apo-
 stolis & aliis Euāgelij prædicatoribus per decē seruos
 significatis, dona sua quasi Minas diuisit: vt interim
 quādiu ipse venire tardauerit animarū negotiationi
 se darēt. Iudei vero qui quasi ciues Christi erant nole-
 bant ipsum regnare, & qui presētē recusabāt, dicētes
 nō habemus Regē nisi Cęsarē, absentē etiā persecuti
 sunt præcipiētes Apostolis ne loquerētur, in nomine
 Christi, & ista persecutio per legationē significatur. Tā-
 dē veniet Christ⁹ in fine regnās ad iudicādū. Tūc voca-
 uit seruos suos per Angelos, quibus dona sua credidit,
 inter quos, quidā pingue lucrū portabūt sicut Aposto-
 li, Euāgelistę, Paul⁹, Dominicus Frācisus &c. Hos col-
 laudatos prius magnis præmiis & honoribus afficiet
 suis lucris respōdentibus id est enim illud. Euge serue
 bone & fidelis quasi dicat, exultāti voce. Bene vel bonū
 tibi sit vel bene res acta est. Erūt alii qui nō tātū lu-
 crati erūt sicut primi, hos etiā secūdū proportionem
 collaudatos honoribus afficiet. Alij vero inertes qui
 Dei dona abscondērūt vocabūtur, hos seuerè reprē-
 det auferēs ab illis dona. Tūc etiam acrē Christus de
 Iudeis vindictā accipiet. Quomodo vero intelligātur
 verba. Omni habenti dabitur superius dictū est, quid
 vero sit dicere seruum timuite & metis vbi non semi-
 nasti in sequentibus dicetur.

CONCIO.

Simile.



Collo. 3.

Si nile.

QUÆ AD MODUM electorum hominum vita quæ spiritualis est, in præsentia abscondita est, & secularibus hominibus, nihil præter terrena sapientibus non apparet. Ita Regnum Christi quod non temporale, sed spirituale est, in præsentia quidem occultum est, sed eius maiestas in fine seculi apparebit. Id est quod Paulus dicebat ad Collo. 3. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in gloria, cum autem Christus appa-
 ruerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Perfectis namq. mundo per baptisma mortuis, cælestis etiam illorum vita abscondita est, sicut & Christus occultus mundo fuit. Quæ quidem spiritualis perfectorum vita in Deo recondita est. Cum vero Saluator gloriosus, & triumphans ad iudicandum apparebit, tunc etiam electi, cum ipso gloriosi apparebunt. Sicut arbores quæ hieme quidem horrescere sterili rigore videntur, vita ipsorum radicibus condita. Estate vero veluti disco operta vita, suavi iocunditate florescunt. Quamdiu vero Christus apparere difert, nequaquam otio vacandum, sed acceptis a Deo gratiis & donis, negotiari, & laborare oportet, inceptumq. ab eo munus prosequi, nempe spirituali animarum lucro incumbere, & si quid perditum apparuerit ad sanitatem reducere. Istud est quod proposita parabola Saluator discipulis non dum Spiritu sancto collustratis, in sinuare voluit. Existimabant enim eius Regnum in Hierusalem

salem ostendendū fore, ipsumq. more gentiū regnatura-
rum. E contra vero Saluator Iudæos odio ipsum ha-
bentes nolle, vt super se regnet ostendit. In fine vero
seculi cum maiestate adiudicandum reuersurum. Inte-
rim vero eos, fidelesq. eorum successores nequaquā
ignauia vacandū, sed donis ab eo acceptis negotiatio-
ni incumbendum, illi præsertim quā ipse inchoauit nē
pe querere & saluum facere quod perierat. Homo iste
nobilis Saluator est, tam si eius diuinitatem confide-
res, quam si humanitatem respicias. Nam Deus qui æ-
ternus est in infinitum hominum, & Angelorum nobi-
litate exuperat, cuius insignia illustrissima sunt & al-
tissima, quibus, homines, & inuitat, & terret. Sunt vero
Corona aurea super viridicolore, & ensis biceps super
rubeo colore, id est cæleste Regnū ælectis paratum, &
iustitię ensis quo peruersos feriet iudicando. Vt homo
etiam Saluator nobilissimus est, non solum quia ex re-
gia stirpe David recta descendit, sed quia nobilissimis
operibus bello, & pace confectis, se suosq. successores
magnopere illustrauit. Solent reges militibus egregie
vincētibus, illud, quo illorū virtus magis emicuit pro
insigni cōcedere, sicut Charolus Cæsar Hispaniarū Rex,
in Germania, Hispanis illis militibus, qui ensibus mor-
dicus arreptis, in vndas insiliētes foeliciter ad natarūt,
cū eos æquestri dignitate exornare voluit, Enses illis
pro insignibus cōcessit. Saluator vero cruce aereas po-
testates deuicit demones in inferno colligauit, mor-
tem peccatumque ante triumphalem suum currum
detulit resurgens. Et ita crucem pro insigni habet,
quia eius virtus maxime per crucem emicuit. Si-

Homo
quidam
nobilis

Esa. 9. cut Eiaie ait. Principatus eius super humerum
 eius, & illud Dominus regnavit a ligno. Hæc ve-
 ro Christi nobilitas longe Angelorum nobilitate
 illustrior est, ea inquam quæ ex operibus à Christo
 confectis resultavit, sicut Paulus dicebat ad Hebr. 1.
 Tanto melior Angelis effectus quanto differentius
 præ illis nomen hereditavit. Ideo Ecclesiastes 10. Bea-
 ta terra cuius Rex nobilis est. Et quanvis Saluator ip-
 so suæ conceptionis puncto temporis ius regnandi
 acceperit, illud spirituale fuit: Cum vero post resurre-
 ctionem coelos penetrauit, in regionē longinquam
 abiit, ad regnum sibi recipiendum, tunc enim regna-
 vit vt homo, vt post incertum tempus adueniēs Rex
 appareret, ad iudicandum. Rex David præcepit Bana-
 ie Præfecto militum, & Sacerdoti Natam, vt imposi-
 to filio eius Salomone in mulam regiam, Regem de-
 clararent, & ita per vicos & plateas, ipsum circumdu-
 centes, eleuatis vexillis, præcinenteq. tibicine, faustis
 acclamationibus Rex salutatus est. Ita Saluator in die
 Ascensionis gloriosus coelos ingrediens, sublatis velu-
 ti vexillis, ab omnibus Angelorum choris, Rex Salu-
 tatus est, imperiumq. Coeli, Terræ, Marium, & Inferni
 suscepit, vt postea eo recepto reuerteretur visibilis.
 Ante vero quam proficisceretur fidelibus per decem
 seruis significatis, decem minas tradidit. (Mina vero li-
 bra pecuniaria dicitur, centum dragmas duodecim
 vnciarum pondore continens) vtrum vero eadem vel
 dispar apud Iudeos & Græcos fuerit, nil ad Christi in-
 stitutum attinet. Harum igitur decem minarum no-
 mine, quas decem seruis, idest suis fidelibus, vtrisque
 Apoſto-

Paulus
 Heb 1.
 Ecclesia
 10.

Abiit in
 regionē
 longin-
 quam.
 3. Reg. 1.

Vocatis
 decē ser-
 uis suis
 dedit il-
 lis decē
 minas.

Apostolicis concessit, dona & gratiæ significantur quibus docendi munus a Christo inceptum ad animarum lucrum exercetur. Gratiæ enim gratis datæ, & alia dona à Christo conceduntur, vt ipsis fideles in agēdis instruantur. Hæc est Apostolicorum virorū negociatio, scilicet vt acceptis à Deo veluti minis, donis & gratiis animas Christo lucrifaciāt, prædicationi q. taliter incūbant, vt pingue lucrum Saluatori pluribus ad ipsum conuersis faciant. Nam propterea illis proficiscens dona concessit. Id est quod Paulus dicebat ad Ephe. 4. Qui ascendit ipse est, & qui descendit primū in inferiores partes terræ, qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes coelos, vt adimpleret omnia, & ipse dedit quosdā quidē Apostolos, quosdā autē Prophetas, alios vero Euāgelistas, alios vero Pastores & Doctores, ad consumationē sanctorum, in opus ministerii, in ædificationē corporis Christi, donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filii Dei, in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quæ grauissima Pauli verba si oculatius expendas, videbis dona Christi ad negotiandū cōcessa, & quæ sit negociatio, & quid negociatione fiat, ait igitur. Qui prius nostrā naturā assumens, descendit, qui q. moriens inferiores partes terræ penetrauit, ipse coelos ascendit, vt nobilissimum omnium corporum, super alia nobilissima corpora collocaret, vt adimpleret omnia quæ de eo scripta erant. Qui quidem dona sua veluti minas distribuens, dedit quosdā quidē Apostolos, quos duodecim esse voluit, quosdā vero Prophetas ad futura prædicendū, alios vero

Ephe. 4

Euangelistas ad prædicandum vel ab scribendum Euāgelium, alios vero Pastores & Doctores, quia qui gregem Christi pascere debent oportet vt doceant. Ita vero dona & gratias, Saluator concessit ad negotiandum, ex qua tria præcipua lucra proueniunt. Primum instauratio Sanctorum, ipsi enim fideles primo purgandi sunt, quia septies in die cadit iustus, restaurantur vero quia Doctores eos ad resipiscentiam hortantur. Secundum lucrum est ædificatio corporis Christi. Fideles Christi membra sunt, cum ergo infideles ad Christum conuertuntur, ædificatur corpus eius, ex nouis membris quæ Christo coniunguntur per fidem, & ita corpus Christi ædificatur. Si quæ etiam Christi membra iam ipsi per fidem coniuncta moriuntur, ex gratiæ & charitatis defectu, cum peccatis renuntiantes reuiuiscunt, a Christo iterum gratiæ nutrimenta summentes, non dubium quin sic etiam corpus Christi ædificetur. Cum Auari æffera diuitiarum siti sedata Christo coniunguntur, & superbi qui superciliose alios contemnunt, luxuriosi qui libidinibus cuncta deturpant, & alij multi ad sanitatem reducuntur, certe Christi corpus ædificatur, & hoc est præcipuum seruorum Dei lucrum, & negotiatio, ædificare corpus Christi, vel noua membra ipsi coniungendo, vel emortua uiuificando. Tãdiu vero huiusmodi negociatio duratura est, quo usq. omnes occurramus in vnitatē fidei, cum completus fuerit electorū numerus, tunc non aliqui, sed omnes electi occurremus in vnitatē fidei, vna enim erit omnium fides, & vna erit filij Dei cognitio. Nam nūc dispar est, multi enim talē Christū volunt, & efficiunt
quales

quales ipsi sunt, sicut hæretici qui talem sibi Christum depingunt, talem ecclesiam quales ipsi sunt. Tunc autem vna erit filij Dei cognitio. Vel aliter. Tunc perueniemus, ad cognitionē filij Dei, quia clare videbimus quem sperabamus. Præterea occurremus in virum perfectum, quia corpus Christi mysticum, tunc erit perfectum, quia habebit quantitatem viri perfecti, constabit enim ex omnibus suis membris, cum electorum numerus ad complementum peruenierit, quia tunc habebit mensuram quam perfecta Christi ætas habebat. Quemadmodum ergo corpus naturale Christi perfectum fuit, quia peruenit ad plenitudinem ætatis virilis, ita etiam corpus Christi mysticum, completo electorum numero erit perfectum, quia veluti habebit ætatem virilem. Ista est seruorum Dei negociatio qua continenter lucrari procurant. De hac Paulus 1. Co. 9. Factus sum omnia in omnibus vt omnes lucrarer. Sed si Minas istas ad alia, quæ a Deo hominibus cōceduntur, referamus, sicuti ad bona corporis & animæ, ad opes, honores, valetudinem, ingenium, scientias, vel ad gratiam, & charitatem & virtutes infusas quæ a Deo hominibus concedi solent, similiter illis homines negotiari oportet, vt præmia, & in hac vita merita lucrentur. Mercatores autem qui ritè negotiari volunt, pingue q. lucrū acquirere, in primis oportet eos sapientes esse, & prudentes qui suum officium ritè cognoscant, non quidem prudētia carnis, sed spiritus de qua Paulus loquebatur ad Phi. Et hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet, in omni scientia & sensu, vt probetis potiora &c. Mercatores autem qui

Simi.

1. Co. 6

Negotiamini dum venio-

Simi.

Phi. 1.

O tali

tali scientia carent, nunquã diuites euadunt, prudentes enim eos oportet esse. Secundo negociator prudens tempus cognoscere debet ad emendum, & vendendum merces, aliquo enim tẽpore, merces carius venduntur, quæ vili pretio alio tẽpore comparari possent, vita vero præsens, aptissima est ad negotiandum, multa enim hoc tempore, paruo pretio comparari possunt, quæ post hanc vitam nullo quantumuis magno pretio emi poterunt. Dei enim misericordia hic facile habetur, quia tempus est eam habendi sicut David ait, Tempus miserendi eius, quia venit tempus. Sic etiam Paulus ad Hæbr. 4. Adeamus ergo cū fiducia ad tronũ gratiæ, &c. Ita saluator Io. 9. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est, venit nox quando nemo potest operari, Tempore enim vitæ præsentis operari possumus, post mortẽ vero minime. Et Paulus, 2. Co. 6. Ecce nunc tempus acceptabile. Et etiã ad Gala. 6. Ergo dum tẽpus habemus operemur bonum &c. Et bonum facientes non deficiamus tẽpore enim suo metemus non deficiẽtes, quia si hoc vitæ præsentis tempore negotiamur metemus cum Christo. Tertio mercator sapiẽs loca rite cognoscere debet ad negotia tractandum, neque enim in terra thesaurizandum est sicut saluator dicebat Matt. 6. sed in cœlo vbi thesaurus securissime conseruatur. Locus etiã ad comparandum merces ecclesia est, vbi paruo pretio quæcunque ad salutem necessaria sunt comparantur. In ea reperitur primo salutifera doctrina, quia vt Paulus ait ad Timo. 3. Est columna & firmamẽtum veritatis. Medicinæ etiã pharmaca ad spirituales langores curandos paruo

Ps 101.
Hæbr. 4.
Io. 9.

2. Co. 6.
Gala. 6.

Matt. 6.

1. Ti. 3.

dos paruo prætio emūtur. Sunt enim in ea sacramenta, & in ea etiam remissio peccatorum reperitur: extra Ecclesiam vero ista nequaquam comparari possunt.

Loca etiam ad negotiandum accomoda sunt hospitalia, & domus pauperum, in quibus per misericordiæ opera, præciosissimas merces comparare & pingue lucrum facere possumus. Mundus etiam iste locus aptus est ad negociandum, quia in eo multis modis negociari possumus. Quarto negociator sapiens res rite estimare debet, valorem earum cognoscendo, propterea spiritus sãctus dicebat, Apo. 3. Episcopo laodiciæ: *Sua-* Apo. 3. deo tibi emere aurum ignitum probatum, vt locuples fias, & vestimentis albis induaris, vt non appareat confusio nuditatis tuæ, oportet ergo merces cognoscere vt rite eas estimare possit, videlicet charitatem recte quilibet estimabit, si eam cognoscit: Salus etiam fratris si cognoscitur quanti sit valoris, cum gaudio comparabitur. Sic Iaco. 3. *Qui cõuerti fecerit peccatorem ab* Iaco. 3. errore viæ suæ saluabit animam eius a morte. Multa vero quæ in mundo parũ estimantur, mercator sapiens comparare debet, quia alibi præciosissima sunt. Oratio parum in mundo valere videtur, ipsam namque seculares florent, tanti vero valoris est, vt temporis momento ipsa gratiam Dei lucremur, quæ toti mũdo immo mille mundis præponderat. Id ipsum de elemosina, de beneficentia, de paciencia, de iustitia, de ieiuniis, sacramentorum susceptione, de temperantia & aliis dicendum est, quia si cõparentur diuites efficiunt. Quinto mercator sapiens eos quibus cum lucrari potest cognoscere debet, sicuti mūdani institores facere

O 2 solent

solent, eos enim vel longius cognoscunt quibus cum lucrari cōsueverunt, & beneuole comiterque compellantes ad emendum inuitant, sic negotiator spiritualis id ipsum faciat, sicuti pauperes vocare debet quia cum ipsis certum est lucrum. Sicut dicitur Ecclesiastici 29. *Qui facit misericordiam fœneratur proximo suo.* Viros etiam spirituales, & Doctores, & Prædicatores cognoscat, quia cum ipsis certissimum lucrū est, Saluator enim ait. *Qui vos audit me audit &c.* Eos vero quibus cum perdere potius quā lucrari potest, veluti lufores compotatores, & id genus alios, attente euitare studeat. Sexto negotiator sapiens extra suā patriam multoties proficisci debet, neq. pigrum eum esse oportet sed diligentem, ita etiam spirituales viri extra mundum sunt, conuersatione & affectione, diligentes etiam sunt quia nequaquam otio vacāt, sed irrequieto labore lucrari aliquid donis a Deo acceptis procurant. Ita Saluator faciebat qui circuibat per castella, auāgelizans & infirmos curans, nunquamq. otiosus erat. Septimo Mercator sapiens magnanimus esse debet, & liberalis in coemendis mercibus. Nam inuentis prætiosis mercibus minime eas auare recusare debet, sed emere, & libenter exponere in euentum, confidenter lucrum expectans. Fit enim multoties amissa occasione præ auaritia, vel expusilanimitate, magnum propterea lucrum perdi. Ita etiā fidelis quisq. qui gratis a Christo susceptis negotiatur, magnanimus sit confidenterq. merces ad lucrandum exponat, ita confidenter ieiunet, oret, temporalia contemnat, proximisq. iniurias condonare non dubitet, maioris

ioris lucri spe, imo vitam si necesse est ad lucrum exponat. Sicut Martyres magnanimi & fortes, sicut etiam Confessores qui in confragosis montibus, confidenter vivebant maioris lucri gratia, aliiq. in numeri qui rerum suarum dispendia libēter passi sunt imo proprię salutis prodigi fuerunt, vt maiora lucrarentur de quibus Paulus. Sācti per fidē vicerūt regna &c. Quę Hebr. 5.
omnia ob id effecerūt vt meliorem inuenirent resurrectionē. Seculares vero homines nō ita merces suas 1. Cor. 5.
exponunt, quia vt Paulus ait 1. Co. 5. Animalis homo non percipit ea quę sunt spiritus Dei, qui vero cognoscunt vt spirituales viri confidenter res, salutem, com-
moda, & delicias pro illis contemnunt. Demum Mercator sapiens merces conseruare sciat, quo melius eas vendere possit, quia non minor est virtus, quam quęrere parua tueri. Sunt enim multi qui conseruare merces negligunt, imo faciliter & leui lucro pręuise vendunt, & ea quę maximo labore acquisierunt, pro leui gloriola vendunt, tales profecto stolide faciunt, qui eas non conseruant vsq. ad tempus, quo ipsis magnopere lucrari possunt, propterea Paulus, 2. Timo. 1. 2. Ti. 1
Scio cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare vsq. in illum diem. Ecce igitur qualiter nos negotiari oportet, gratis a Christo susceptis, quod ipse a nobis recedens, & ad Nolu-
coelos conscendens pręcepit dicens. Negociamini dum venio. Profecto vero Christo, Iudæi qui ipsum odio habebant, noluerunt ipsum in Regem mu; hęc
suscipere, & quem viuentem negauerunt Regem esse & morientem, (nam Pilato dicebant non habere. regna-
re.

O iij. mus

mus Regem nisi Cæsarem, & postea dicebant. Noli scribere Regem Iudeorum) ipsum etiam absentem negabant, quia Apostolis comminabantur, & præcipiebant, ne in eius nomine docerent, quia super se Christum Regem volebant. Nec desunt inter Christianos qui saluatorem minime Regem habere volunt, & a se eius iugum excutientes, quod præduram seruitutem æstimant, super se habere nolunt. Ita Hierem. cap. 2. de Iudeis dicebat. A seculo fregisti iugum rapisti vincula dixisti non seruiam. Et Ca. 5. Ibo ad optimates & loquar eis, ipsi enim cognouerunt viam Dei & iudicium Dei sui, & ecce ipsi magis simul confregerunt iugum &c. Et ita in eis potius peccatum regnat, quod Paulus dissuadebat ad Ro. 6. Non regnet peccatū in vestro mortali corpore. Sed quantum nec Iudei nec prauis homines ipsum Regem velint, apparebit in fine gloriosus ad iudicandum. Sed quia pronior est ad miserendum quam ad condemnandum, seruos suos prius vocauit quibus dona sua credidit ad negotiandum, vt appareret quantum quisque lucratus esset, ex quibus primus accedens cum fiducia ait. Domine Mnataua. Non ego sed tua dona decem Mnas acquisierunt, sic Paulus ait. Abundantius omnibus laboraui, non ego sed gratia Dei mecum 1. Co. 10. Ita etiam 1. Co. 3. Ego plantaui Apollo rigauit Deus autem incrementum dedit. Quid quid ergo oboni in nobis emicat Deo tribuendum est. Nam sicut Architectus, qui aliorum expensis edificiū cōstruit, nequaquam nomē suū scribere, aut insignia (si quæ habet) depingere potest. Illorum vero insignia quorum expensis fit
poni

Hierem. 2.

Ca. 5.

Ro. 6.

Factum
est vt re-
diret.Venit
primas
dicens
Domine
Mnataua.

1. Co. 10

1. Co. 3.

Simile.

poni solent. Ita Dei veluti ex pensis edificamus, qui donis ab ipso acceptis negociamur, non ergo nobis, aliquid tribuamus sed gratiæ Dei. Sed seruos qui accedentes acquisitum lacrum ostendunt, Deus exultanti voce collaudat, & eum qui decem vna mina lucratus est, super decem ciuitates constituit: Alium vero qui quinque lucratus est super quinque. Ita Saluator, eos qui magnum animarum lacrum suis prædicationibus, & aliis Ecclesiasticis ministeriis fecerunt, non solum collaudabit, sed regnare eos secum faciet, sicut Paulus dicebat ad Rom. 8. Si compatimur, & conregnauimus. Et qui conregnare nos fecit in cælestibus. Præmium vero merito correspondet. Tantūq. vnusquisq. a Deo accipit quātum lucratus est. Nō nulli vero adeo negligētes sunt, vt accepta a Deo dona non solum ad lacrum non exponant, sed præ ignauia id quod eos ad negociandum impellere deberet, retrahit, nempe rigor diuinę iustitię, & ita accepta dona quasi abscondita tenent, qui quamuis minime peruerse viuunt, neq. prodige Dei dona expendant, tamen inutiliter & otiose detinent. Nam cum in animarum regimine, & prædicationibus, & in audientia confessionum aliquot pericula apparent ab eorum exercitio retrahuntur, malunt que otiosi & inertes esse, quam hæc munera cum periculo exercere de quibus Prouerbiorum II. Qui abscondit frumenta sua maledicetur in populis. Sed quæ seruus Domino dicet, timui te quia homo austerus es, quoniam pacto Deo tribui possunt: quāuis non oporteat (vt sæpe diximus) ista curiosius applicare,

Euge
seruebo
us &c.

Rom. 8.

Domine ecce
Mina
tua cui
habui
repositam
in
fundamento.

Pro. II.

Timui
enim
te.

applicare, neque etiam illud, ego veniens cum vſuris &c. Quia humano modo parabola proponitur. Non est cur iſta ad ignauos, & deſidioſos nō applicari poſſint. Tales enim ſæpius in corde ſuo dicunt. Deus aliquando ab hominibus expetit quæ non conceſſit, ſicut à plerisque fidem expetit quam non conceſſit, & à multis petit bonorum operum fructus, cum eis voluntatem bonam minimè dederit, ſed reprobauerit, & indurauerit eorum corda, Si ergo Deus ab his, quæ non dedit expetit: qualiter iudicans ſe mecum geret, ſi ex negociatione nullum lucrum aſportauero? Ecce quomodo ignaui homines, in diuinæ iuſtitie ſeueritatem regerunt, quod ex ſua ocioſitate & puſilanimitate prouenit, cum potiùs diuinæ iuſtitie ſeueritas, & lucri deſiderium, eos ad laborandum & negociandum excitare deberet. Propterea ſaluator inertes hos per ſuos Angelos ante ſe adductos, & talia referētes ſeueriſſime inculpaui, ex eorum verbis: Sicut Iob c. 15. dicitur. Os tuum condemnabit te. Quia quæ cōtra Deum adducere poſſūt homines in ipſos appertitiſſime Deus retorquere poterit. Sed ij increpantur eo quod Dei dona, ſi ipſe per ſe nolebant, ſaltem aliis concederent, quaſi Dei menſariis, vt illi id efficerent, quod ipſi præ ignauiā facere recuſarunt. In pœnam vero ignauiæ & ocioſitatis, Deus Mnam ab inutili ſeruo ſubtrahit, & ei qui decem Mnas habet concedit. Nil Deus aufert niſi ad alteri concedendum, à Saul regnum abſtulit, ſed dedit illud Dauid, ab Heli ſubtraxit ſacerdotium, ad concedendum illud Samueli, ſic Iob 3. Stare facit alios pro eis. Et Apo. 3. Tene quod habes & nemo accipiat coronam

Iob 15

Auferte
ab illo.
Mnam,
1. Reg. 19
1. Reg. 5
Iob 3.
Apo 3.

coronam

coronam tuam. Multi inquit Saluator ab Oriente, & Occidente venient & c. Filij autem Regni eiicientur in tenebras exteriores, sic etiam gratiam abstulit a Pharisæo, & dedit Publicano quia omni habenti dabitur & c. Hipochrita non habet sed videtur habere. Hoc autem sic intellige. Qui dona Dei habet, scilicet qui habendo eis bene vtitur, & ad lucrum exponit, ei amplius a Deo conceditur, ab eo vero qui non habet, id est habendo eis non vtitur, quia quasi defossa terra, vel in sudario habet abscondita, tolletur ab eo quod videtur habere in poenam. Sed præmio bonis cōcesso, Iudæos & quot quot Christi Regnum recusarunt, æternæ mortis gladio iugulabit, Iudæos vero etiam temporaliter per Romanos deleuit. Peruersos vero Christianos, qui pravis semper operibus iugum Christi a se excutere procurant, cum tota illa Iudæorum colluie in infernum deturbabit. Studeamus ergo Dei dona accepta, in proximorum commodum exponere, vt lucrum ad Christum reportemus.

Luc. 18.

Omni
habenti
dabiturVerum
tamen
inimi-
cos il-
los & c.

**NON EST OPVS VALENTI-
bus Medico, sed male habenti-
bus. Matth. 9.**

HVIUS sententię parabolicę litteralis interpretatio facilis est. Calumniabatur enim Pharisei Christum coram suis discipulis, quia peccatores admittebat quibus cum comedebat & cōuersabatur. Ad eorū ergo calūniā retūdendā dixit. Non est opus valentibus Medicus, Me

P dici

dici enim infirmos visitare solēt qui ipsorū opera indi-
gēt, nō sanos. Cū igitur ipse Medicus sim nemiremini
mecum peccatoribus, qui infirmi sunt conuersari &c.

CONCIO.

POSTQVAM nobile Dei institutum sua
homines igratitudine disturbarunt, tot se ip-
sos incōmodis affecerunt, vt talpæ imo in-
sensibiles profusiudicandi sint, qui suę mor-
bidæ naturæ miserias, quibus corpus & anima inuoluū-
tur, minime intueantur. Sed vt de corpore taceamus,
quod breuissimę huius vitæ spacio, veluti semper lan-
guens irrequieto cursu ad tumultum properat: Misera
anima, quasi in radice vitiata, ab vno in aliud longe gra-
uissimum morbum incidit, ad quod potius, quam
ad sanitatem, naturali veluti pondere inclinatur. Sa-
nandæ vero huius infectionis gratia, ex qua tot lan-
gores emanarunt, Dei filius a patre missus, in mun-
do apparuit amoris velo contectus, sicut ipse per
Esa. cap. 61. dicebat. Spiritus Domini super me, eo
quod vnxit me, ad annuntiandum mansuetis mi-
sit me, vt mederet contrictis corde. Quemadmo-
dum vero Medicus in illis tantummodo peritiam
suam exercet, qui se infirmos cognoscentes ipsum
admittunt; ita Saluator illos solum curabat, qui se infir-
mos cognoscentes, eius opera indigere testabantur, ta-
lis fuit Paulus qui dicebat ad Timo. 1. Fidelis sermo,
& omni acceptione dignus, Christus Iesus venit in
hunc mundum peccatores saluos facere quorum
primus

Esa. 61.

Simile.

Timo. 1

primus ego sum. Similiter Matthæus, & alij Publicani, qui se peccatores agnoscentes Christū in suis domibus admitebant. E cōtra vero Pharisei in sua falsa iustitia cōfidentes, seq. iustos æstimātes cælestē Medicū cōtēnebāt. Hoc est quod Saluator hac sentētia parabolica significare voluit, nō est opus valentibus Medicus, id est qui se valere putāt, sed iis qui se infirmos cognoscunt. Sed quia Medici peritia quo grauior fuerit, morbus, eo magis ostenditur, ob id Matthæus sui prius morbi grauitatem declarat, vt Medici peritiam, & bonitatem ex confecta in eo sanitate contemplemur.

SVI vero status imaginem ostensurus, hominem se prius vocat, quia hoc nomen hominis quandoq. mundanos homines significat, qui toti terrenis rebus dediti, minime ea quæ spiritus sunt curant. Sic Paulus 1. Corinth. 3. Cum autem sit inter vos zelus, & contentio nonne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Cum connumerasset Paulus duo Corintiorum vitia, scilicet zelum in anima, & contentionem in sermone, quæ ex carnali affectu procedere solent, ait. Si ista sunt apud vos carnales homines, id est carnalia sapientes estis, ita multi veluti pecora viuunt, qui nunquam ad spiritualia contemplan-
Vidit
hominem.

i. Cor. 3.

modum illorum corda possident. Et propterea tales
P ij omni-

omnibus hominibus inuisi esse solent. Præsertim exactores vectigalium, qui ex rapacissimo hominum genere esse solent. Nam cum magna pecuniarum summa, à regibus vel à regni præpositis redimant: vt nihil illius summe amittant, quin potius eam duplicare possint, inclementer à viatoribus extorquere solent. De iis dicebat David. Increpa feras arundinis congregatio taurorum in vaccis populorum &c. Aduersus hos deprecabatur David, vt eos Deus increparet, sunt enim feræ arundinis, nam mundus arundineti cõparari potest, mundani enim arundinibus similes sunt, vacui intus sine humore gratiæ, qui quouis vanitatis vento agitantur, huius arundineti feræ auari exactores sunt, qui plusquam ferinis moribus præditi; alios expilant, & pauperes opprimunt, sunt vero quasi Tauri inter Vaccas, quia fortes sunt, & ipsis dominantur, sic isti sunt velut Tauri, qui armati regnorum iuribus, viatores circumstant, & cum superbia viros graues, & inermes, qui veluti vaccæ molles sunt, vestibus spoliant, vt scrutentur, adeo inclementer, vt vix illis ad iter expensas relinquunt. Et propterea quamuis illorum officium reipublicæ vtile sit, & sine peccato exerceri possit, ipsi infamis quæstus gratia, odiosum omnibus & inuisum faciunt, sicut saluatoris tempore, qui non ingratum modo, sed infame taliter erat, vt Christus perditissimum hominem exprimere volens cum præceptum de correctione fraterna traderet, dixit. Sit tibi sicut publicanus. Hoc Matthæus officium exercebat, nam cum à principe ius exigendi redemisset, à nautis, & viatoribus, vectigalia vt aliquid sibi lucri accederet exigebat. In quo

quo quidem officio sedere dicitur, quia obfirmato animo, & quiete officium exequabatur, sicut multi qui non solum, pravis operibus se dedunt, sed obstinate id efficiunt, de quibus David. Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiat innocentem. Semper enim tales innocentibus insidiantur. Ad hunc modum sedebat Matthæus cum à Christo vocatus fuit, de quo illud, Hier. 22. intelligi potest: Confunderis & erubesces ab omni malitia tua, quæ sedes in Libano. Matthæus qui veluti in Libano mundi negotiis deditus sedebat, erubuit ad vocem Christi vocantis, suum statum suamq. malitiam videns. Huius vero erubescentiæ, & confusionis causa Saluator extitit, quia sua bonitate & misericordia, eum à vitiis quibus volutabatur educens, ad tantam dignitatem extulit, sicut David dicebat. Ex usuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo.

Ps. 6.

Hier. 22.

Ps. 71.

ISTA Saluatoris opera intellectum nostrum in admirationem rapiunt, cum magnos peccatores, non solum ad Dei amicitiam sed ad magnos Ecclesiæ honores euectos viderimus. Propterea dicebat Iob 28. Ferrum de terra tollitur, & lapis solutus calore, in æs vertitur, (& subinde) ad salicem extendi manum suam, subuertit à radicibus montes, in petris riuos excidit omne præciosum videt oculus eius. Apostoli & Apostolici viri, qui acutissimis verbi Dei gladiis, Ecclesiam defendunt, propter fortitudinem ferrum dici possunt, qui aliquando in infimis terræ negotiis inclusi fuerunt: ferrum ergo de terra tollitur cum propungna-

Iob. 28.

tor aliquis Ecclesiæ à terrenis actionibus separatur, sicut Matthæus, qui secularibus negotiis erat implicitus, in telonio sedens. Lapis est cor durū, quod tunc calore soluitur, cum diuini amoris igne taliter liquefcit, vt charitatis opera proximis libenter impendat, Silex profecto Paulus erat, qui iracundiæ, & minarum ignem efflabat, cum ad alligandum fideles in Damascum proficiscebatur adeoque superbia elatus incedebat, vt mons dici congrue posset, sed Saluator ad silicem manus extendit, & a radicibus veluti montem subuertit, cum ipsum alloquens ab æquo deiecit, suam namque misericordiæ manum ad ipsum extendit vocando, & ipsum quasi montem deiecit, cum eius superbiam elidit. In petris etiam riuos excidit, quia in cordibus hominum peccati consuetudine duratis, riuos lachrymarum ad plangendum peccata manare facit, talis erat Magdalena, talis Latro, talis Zachæus, ex quibus Magdalena veluti petra, cum ad eum accessit, largo lachrymarum imbri, pedes eius rigauit. Ista vero omnia Saluator efficit quia omne præciosum videt oculus eius. Fertur quosdam qui fodinas cognoscere dicuntur, adeo perspicaci visu præditos esse, vt terræ viscera suis oculis penetrantes, perscrutentur, & vbi aurum, argentum, aut æs esse vident, ex cauare faciunt, & talibus (vt fertur) hoc à natura donum concessum est, vt terræ viscera etiam exterius intueantur. Christus magnus mineralium cognitor dici potest, qui plures homines exterius aspiciens, & diuinis oculis illorum corda penetrans, aurum in illis latere cognoscebat. Quis crederet in

Simil.

retia

ret in Beato Paulo taliter in Christianos efferato, qui ad eos alligandum proficiscebatur, vas electionis, & eximium gentium prædicatorem, & Ecclesiæ propugnatores latere? quasi aurum in terra conditum? Quis existimare posset in Petro vili exterius piscatore, caput Ecclesiæ, & Christi vicarium abscondi? Quisnam obsecro in Iacobo & Ioanne patris sui retia reficientibus, duas Ecclesiæ eximias columnas condi? Quis in Beata Magdalena quæ meretricio fastu incedenes, homines impudicè alliciebat, Apostolorum Apostolam latere existimaret? Quis demum crederet in Matthæo qui publicanus erat, & auare in telonio sedebat Apostolum & Euangelistam abscondi? Sed omnia ista Saluator intuitus est, quia omne præciosum videt oculus eius.

SED vt omnibus innotesceret præciosum minerale Apostolatus & Euangelistæ in Matthæo latere, veluti minerale discooperire incipit dicens ei. Sequere me hoc enim Saluatoris verbum, intima Matthæi præcordia vsque ad secretas cordis cellulas penetrauit, non enim minoris efficaciam verbū Dei est, quā eius visus. Quod quidem rite expertus fuerat Paulus, quā potens scilicet verbum Christi loquētis sibi fuerit cum dicebat ad Hebræ. 4. Viuus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq. ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoq. ac medularum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius

Dixit
illi
sequere
me.

Hebr. 4.

lis eius: Quæ altissima Pauli verba expendenda sunt, in quibus verbi Dei effectus depingit. Est ergo viuus Dei sermo, quia emortuas animas viuificat, ita dicebat Saluator. Verba quæ ego loquor vobis spiritus & vita sunt: **Io. 6.** dicitur etiam viuus sermo Dei, quia permanet sic Paulus dicebat ad **Rom. 9.** Non quod excidit verbum Dei. **Rom. 9.** Et **Psal. 117.** In eternum Domine permanet verbū tuū: Gladio vero ancipiti penetrabilior dicitur, quia quem admodum gladius biceps, vulnera quæ maximo dolore afficiunt infigere solet, ita verbum Dei taliter animas vulnerare solet, vt dolor ex ipsis procedens omnem huius vitæ dolorē exuperet. Taliter vulnerata Magdalena lachrymas fundens, nec verbum loqui poterat, ita vulneratus Petrus Dei verbo, quasi per Gallū emisso, amarissime fleuit. Quis explicare posset vulnus, quod Christi verbum Paulo infixit in anima, cum ipse dixit. Domine quid me vis facere? Ita etiā Mattheus vulneratus fuit Christi verbo, qui ad se reuersus, sui status vilitatem considerans erubuit. Ecce qualiter penetrat verbum Dei, quia pertingit vsq. ad diuisionem animæ & spiritus, animæ nomine sensibilis pars, qua brutis assimilamur significatur, spiritus vero intellectualis pars, has vero partes verbum Dei diuidit, & veluti inter eas parietem ædificat, ita vt homo in se ipso quasi diuisus sit, propter assiduam sensualitatis, & rationis pugnam, ita vt si sensualitas delitias velit, sibi eas ratio denegat. Penetrat etiam animæ compages, & medulas verbum Dei, quia intima animæ opera scrutatur, an pro Deo vel inani gloria facta sint, & ita cuncta examinando probat, cogitationum etiam ponderator est, si studiose

si studiose sint an ad peccatum inducentes. Est etiam
 verbum Dei efficax, quia in nobis mirabilia operatur,
 veluti potio quæ intus operatur, & humores expellit, Simi.
 ita verbum Dei in anima sicut potio operatur prauos
 humores expellens. Sic dicitur Ecclesiastici 8. Sermo Eccl. 8.
 illius potestate plenus est. Et Esa. 55. Verbum quod egre Esa. 55.
 dietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum.
 Omnia vero ista verbū Dei operatur, quia omnia nuda
 & aperta sunt oculis eius. Si tot ergo verbi Dei effectus
 sunt, non est quod miremur Mattheū ceterosque Apo-
 stolos, ad primam vocationis vocem Salvatorem se-
 quutos fuisse, nec leuitati ascribendum, sed verbo Dei,
 & efficacissimo suæ misericordiæ auxilio.

QUOD quidem non omnibus Deus concedit, sed
 his quibus sibi placitum est, quamuis nulli sufficiens
 auxilium ad salutem deneget, si eo vti velit. Simi.
 Quemadmodum laborantibus omnibus mercedem ex pacto
 promissam concedere homines solent, aliquibus ve-
 ro præter id aliquid aliud tribuunt. Ita Saluator aliqui-
 bus superabundans auxilium præbet ad pænitendum
 sicut Matthæo, Paulo, & aliis nonnullis. Angelus Loth Gene. 19
 hortabatur vt a Sodoma mox incendio peritura egre-
 deretur, se cum q. filias & generos abduceret, sed
 cum eius generi tale nuntium auribus excepissent, ri-
 dentes contempserunt, & ideo incendio absumpti
 sunt, Loth vero Angeli apprehendentes cum filia-
 bus eduxerunt. Ita Deus aliquos taliter vocat, vt ve-
 luti apprehensos ad se trahat, sicut Paulum & Mat-
 thæum, quibus non solum sufficiens, sed superabun-
 dans auxilium contulit. Alios autem vocat sufficiens
 tantum

tantum auxilium conferendo, quo si vti velint sicut Loth, liberi ab incendio euadent.

SED ea est humanorum cordium prauitas, vt Dei vocantis voces eludant, ipsiſq. sicut ſponſis filiarum Loth deliramenta videantur. Ita Pro. 1. Vocauit & non erat qui aspiceret, & ego quoq. in interitu vestro ridebo. Fit enim multoties vt qui assiduas Dei voces per inspirationes, & conciones cōtemnunt, ipsos etiam Deus reiciat false ipsum, & non cādide quērentes. Sic dicebat Isaac Abimelech, & aliis ad se venientibus Genesis. 26. Quid venitis ad me hominem quē odistis, & expulistis a vobis? Id ipsum Saluator dicit false pænitentibus. Vt quid modo me nequaquam cādide quēritis, cum toties mihi vocanti, fores clausuritis? Ita sponsæ accidit Canti. 5. Vox dilecti mei pulsantis aperi mihi soror mea sponsa, quia caput meum plenum est rore, & cincini mei gutis noctium. Illa vero in lecto iacens dicebat. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos quomodo inquinabo illos? pesulum hostij mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat adq. transferat. Pulsat enim Saluator ad animę ostium assiduis vocibus dicens. Aperi mihi soror mea per naturam. & sponsa per fidem, quia caput meum capillis coopertum scilicet humanitate, plenum est rore gratiæ, quam tibi concedam. Homines vero qui vitiis oblectantur, ea relinquere nolunt, quasi dicentes. Quomodo ex usura lucrum relinqam, vel iucundam amate consuetudinē, fitq. multoties vt cū

ape

aperire ipsi volunt, non amore, sed falsa pænitentia, ipsos relinquens ad alios transeat. Propterea si quidem transiens Matthæum vidit, vt ostenderet vocationem nequaquam nobis iure deberi, occasionemq. non esse omittendam, ne si transiens recesserit inuenire ipsum postea non possimus. Ita Hierem. 6. Erudire erudire Hierem. 6. re Hierusalem ne forte recedat anima mea a te. Non sic Mattheus qui vocatus continuo surrexit, & eum sequutus est, sic Esa. 50. Dominus aperuit mihi aures ego autem non contradico. Quæ vero bona ex hoc sequantur ipse Apoc. 3. explicat. Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi intrabo & cenabo cum illo. Pulsat Deus cum nos vocat, parum vero vocatio prodest, nisi tu sequaris vocantem, portamq. voluntatis aperueris obtemperans: Tunc intrat Saluator & inestimabilia bona confert, ita vero ingrediens delectatur ac si conuiuium excipiatur. Et hoc cum Matthæo effectum est, quo cum & aliis multis publicanis, comedere dignatus est. Helisæus ab Helia vocatus præ lætitia mactauit boues, grandeq. conuiuium præparauit. Ita Mattheus, nihil enim ipsi gratius, aut iucundius euenire potuit Saluatoris vocatione, quæ a crudeli longeque acerrimo tyranno liberatus est, & ad Christianam libertatem vocatus, & a libro Telonij ad librum generationis Christi translatus est. Et is qui rationis compotum curiosius perquirebat, ad diuina mysteria non intelligendum solum, sed aliis declarandum euectus est. Atque ita quasi munus, ad quod vocatus fuit exercere incipiens, alios Publicanos ad Christum adduxit. Sic Samaritana cognita Christi

Hierem. 6.

Surgens sequitur est cum Esa. 50. Apo. 3.

2. Re. 19

Q ij diui-

diuinitate, conuincit suos ad Christum adduxit, ideo dicitur Apo. 22. Qui audit dicat veni, ac si dicat. Quicumque audit a Christo veni cum ab ipso vocatur, vocet ipse alios & dicat illis venite &c. Cortinæ tabernaculi ita colligatæ erant, vt vna mota aliã traheret. Ita quicumque a Christo trahitur alios & ipse post se trahat. Sicut Matthæus qui alios sui officij vocauit, quibuscum Saluator, comiter conuersari, & epulari minime dedignabatur, patris sui David exemplo, qui oberari infames, & capitalia auos, & eos qui amaro erant animo, recipiebat, & ipforum factus est dux. Sic Saluator peccatores recipiebat, & illorum veluti dux factus est, quia propter eos carnem assumpserat, & ideo facilem illis ad se accessum præbebat.

Et ecce alij Publicani venientes discumbant

Videntes autem Pharisæi. Lucæ. 7.

Quare cum Publicanis &c.

QVOD opus Pharisæi sathanæ discipuli detestabantur, nam quotiescunq. peccator aliquis conuersus ad Christum accedebat, murmurabant. Cum Magdalena ad conuiuium veniens, pedes Saluatoris lachrymis rigabat Pharisæus qui Christum inuitauerat ægre ferebat. Zacheo etiam conuerso, ingenueq. male parta restituente, Christumq. in domo sua conuiuium excipiente murmurabant. Modo etiam ad Matthæi conuersionem Publicanis conuenientibus, & ad Christum accedentibus murmurare ceperunt, dicentes discipulis. Quare cum Publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Vbi insignem illorum malitiam facile deprehendes, quandoq. enim Christum coram discipulis accusabant, sicuti modo faciunt. Quandoq. vero discipulos coram Christo cum dicebant. Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum? Ita diabolus

Ius Iob coram Deo accusabat dicens. Nunquid Iob frustra timet Deum, & Deum coram primis parentibus inculcabat dicens. Quare præcepit vobis Deus? &c. Ita præcones, qui res venales exponunt, eas coram emptoribus laudant, coram venditoribus vero vituperant. Similiter isti Sathanæ discipuli, & inferni præcones faciebant. Multi vero illorum officium desumunt, discordias inter fratres seminando. Sed Saluator illorum murmur facile contempsit, quia a patre sibi iniunctum munus fedule efficiebat. Phariseorum vero calumniam parabolica sententia elidit dicens: Non est opus valentibus Medico, sed male habentibus. Aptissime vero Saluator se hic & alibi Medico comparavit Lucæ 4. Medice cura te ipsum. Multæ sunt Medici proprietates quæ Saluatori conueniunt, quas non oportet omnes in præsentia recensere. In primis Medicus infirmitate ad quam curandam accersitur, carere debet, Christus animarum Medicus, nullum peccati morbum contraxit, qui peccata mundi tollere debebat, Sapiens admirabatur viam colubri supra petram, qui nullum vestigium relinquit, ita diabolus in Christo, qui petra dicitur, nec peccati vestigium relinquere potuit. Serpens æneus qui Iudæos a serpentum morsibus liberabat, serpens quidem esse videbatur, sed venenū non habebat, ita Saluator in similitudinē quidem carnis peccati apparuit, sed nullum peccati venenum habuit. Altera Medici proprietas est, vt non horreat infirmitatis putredinem, aut vulnerum fetorem. Sic Saluator peccatores nequaquam exhorrescens recipiebat. In quo miracius bonitas ostendi-

Iob. 1.

Gen. 3.

Simile:

Non est
opus va
lentibus
Medi-
co.
Lucæ. 4.

Prove-

Nume:

210

Q. iij

tur

tur, qui eos sustinuit, & modo sustinet, quos alij
Simile. ferre non possunt. Infirmus quandoq. non solum
 a domesticis non tolleratur sed ipse se ferre non
 potest, ita peccatores, qui ab aliis tollerari non pos-
 sunt, saluator recipit, & amplectitur, si ex vero cor-
 de pœnitentes indoleant. Præterea Medicum infir-
 mis condolere oportet, & miseriri summeq. illorum
 salutem optare. Talis erat Christus, erga peccatores
 quorum gratia tot labores sustinuit, nihilq. non ef-
 fecit propter hominum salutem, quam ardentem de-
 siderabat, id etiam a nobis expetit: vt proximis mi-
 fereamur, sicut ipse nostri, nam vt ait. Misericor-
 diam vult & non sacrificium, quanuis misericor-
 dia sacrificiũ etiam sit Deo gratissimum, id est quod
Mich. 6 Propehta Micheas cap. 6. dicebat, populo Iudæo-
 rum petenti. Quid dignum offeram Domino? curua-
 bo genu Deo excelso? Numquid offeram ei holocau-
 stomata vitulos, & anniculos? aut primogenitum
 meum pro scelere meo? Ostendam tibi homo quid
 sit placitum, & quid Dominus requirat a te, vtique fa-
 cere iudicium, diligere misericordiam, & sollicitum
 te ambulare cum Deo tuo: Ac si diceret. Quod po-
 tius Deus expetit, est facere iudicium tui ipsius, per
 pœnitentiam & confessionem, & diligere misericor-
 diam cum proximo, & sollicite curare ne Deum of-
 fendas. Demum Saluator se Medicum appellauit,
 quia Medicus iuter infirmos commoratur, & con-
 uersatur quorum gratia Medicus est. Propterea Chri-
 stus cum peccatoribus conuersabatur. Quia qui se
infirmos cognoscunt medelam quærunt, non qui
se sanos

se sanos esse existimant, tales Christum non quærunt. Quia præ superbia infirmitatem non cognoscunt. Ideo dixit. Non veni vocare eos qui se iustos existimant, sed qui se peccatores cognoscunt. Illis igitur tantum Saluator medelam tribuet, qui se infirmos cognoscentes, ipsum adeunt, a quo curati si ex animo indoleant reuertentur. Adeamus ergo cum fiducia ad tronum gratiæ eius. Hebr. 4

HOMO QUIDAM PEREGRE
 proficiscens vocavit seruos suos, & vni
 dedit quinq; talenta alij vero duo,
 &c. Matth. 25.

HANC parabolam diuersam esse ab ea quam superius exposuimus quam Lucas capite 19. refert, de homine nobili &c. manifestum est, quia in illa omnibus seruis eadem committitur pecunia, in hac vero vni dantur quinq; alij duo, alij vnum, in illa post recessum viri nobilis legationem ciues contra eum miserunt in hac minime, in illa non æquale præmium omnibus laborantibus conceditur in hac vero maxime, quia equalis erat industria, in illa seruus non proponitur missus in tenebras, in hac vero iners seruus in tenebras eicitur &c.

SCOPVS igitur huius parabolæ est edicere cunctis, ne quandiu Saluator adiudicandum venire difert, otio torpeant, sed acceptis ab eo donis naturalibus, & gratuitis spirituali lucro animarum intendat, strictam enim rationem ab illis adueniens Saluator exacturus est. Homo ergo iste peregre proficiscens Christus est quando cælos conscendit, quia caro quam gerebat in cælo quasi peregrina erat. Quod vero ante vocat seruos & tradit bona sua & vni quinque, &c. Est quia Apostolis & prædicatoribus, imo omnibus fidelibus considerata vniuscuiusque industria dona sua concessit, vt spirituali lucro intendant, quod vero vni quinque, alij duo talenta, alij vnum comiserit, nil aliud est quam quod quibusdam plura dona Deus tribuit, quibusdam vero minus, aliis vero adhuc minus. Profectus vero dicitur statim quia Saluator ita homines libere operari finit ac si absens esset, Dicitur etiam post multum temporis Dominum reuersum, quia seruis suis sufficiens tempus ad laborandū concessit, ostēdit etiam per hoc (vt Hieronymus ait) longum tempus futurum inter ascensionem & iudicium. Adueniens autem rationem exiget receptorum donorum. Aderunt autem multi qui duplicata talenta reportabunt, sicut Apostoli & Apostolici multi qui ingenue animarum luctis insisterunt, hos collaudatos gratulanter accipiet, participesq. supremi gaudij efficiet. Aderunt etiam inertes serui & pusillanimes quos labor deterruit, qui in Deū regerūt suæ desidiæ causam, dicentes. Domine scimus quia homo durus es, &c. Inertes vero homines & pusillanimes, ista quandoq. cogitare solent, scilicet Deū rigide

Hieronymus

rigide rationem exigere de animarum cura, & aliis in quibus lucra spiritualia exercentur, ob idq. malunt ab eis abstinere quam se periculo obiicere hos seuerè increpat dicens. Quare non dedisti &c. Quia quanuis huiusmodi pusillanimes non vtantur Dei dono vbi maximum periculum inest, certe deberent eo vt in quibus nullum erat periculum, ob id ab eis in pœnam auferuntur dona quantum ad fruitionem, & datur his qui ingenue laborauerunt, non ad vsum sed ad gaudium, quia iusti in beatitudine non solum de suis donis gaudebunt, sed de donis aliis collatis &c. Quia ipsi lucrati sunt quod alij lucraturi erant, & ideo accipiunt illorū coronam, vt dicitur Apo. 3. inutiles vero serui in inferni tenebras mittentur.

CONCIO.



In terreno regi in expeditione bellica, in qua vel confossus vel glandibus traiectus occubuit, succedere honorificum iudicatur, adeo vt inferiores duces solo proprii decoris intuitu, gnauiter pugnantes expeditionem profectuantur, quanuis præsentem Regem non habeant. Christo seruatori nostro in expeditione ab eo suscepta animas patri acquirendi, (in qua gloriosissime pugnās interiit) succedere, non honorificum solum, sed vtilissimum profecto iudicari debet, cum ipsum gloriosum venturum, ad eos qui animarum lucro incubuerint coronā dos, & pusillanimes increpandum, expectemus. Hoc igitur præsentī parabola Saluator explicare voluit, cuius sco-

Simile.

R ius sco-

ius scopus est, suis edicere, ne quamdiu ipse adiudicandum venire differt, acceptis ab eo donis otio torpeant, sed animarum lucro insistant, præmium vel poenam cum ipse venerit recepturi. Homo iste peregre proficiscens Saluator est, ad cælos post resurrectionem conscendens, humana carne vestitus. Carnis namq. cælum peregrinus locus videri poterat, quæ a paradiso quondam cum ignominia eiecta fuit. Et ideo cælos gloriose conscendens, Angelos in admirationem rapiebat, videntes eam naturam quæ terrestri Paradiso indigna iudicata fuit, in supremo cælestis curiæ loco collocari. Id est, quod Ecclesia canit. Tremunt videntes Angeli &c. Magna Hebræi celebritate colebant diem illum, quo novi fructus manipulus Deo offerebatur. Novus in cælo fructus nostra caro videri poterat, cum gloriose conscendens triumphavit, quæ sicut peregrina nunquãq. visa ibi Angelos admiratione afficiebat. Sic dicebat Esa. 4. Erit germẽ Domini in magnificentia, & fructus terræ sublimis. Nõ igitur in congruẽ Saluator cælos conscendens peregrẽ proficisci dicitur, quia tot secum patres ferebat peregrinos. Sic ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem dedit dona hominibus. Quæcumq. enim homines habent, Dei esse dona certum est, nihil enim in nobis nisi insufficientia est, quæ vero in nobis splendere videntur, a patre luminum descendunt. Quod Paulus insinuare voluit dicens. Fiduciam talem habemus, non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui idoneos nos fecit ministros. Vbi

manifeste

Homo
quidam
peregre

Esa. 4.

Psal. 67

2. Co. 3.

manifeste vides Apostolum distinguere, id quod nobis quasi ex nobis conuenit, & hoc est insufficientia, & quod ex Dei largitate nobis conuenit, nempe sufficientia. Quod quidem hoc aeris exemplo cum a sole illuminatur manifeste intelliges. Oportet enim in ipso distinguere id quod ei ex se competit, ab eo quod ipsi ex illuminatione conuenit. Aer namq. ex se nullum habet lumen, sed quantum ex se est tenebrosus est, si quid autem luminis habet, illud a sole habet. Ita etiam in hominibus philosophari possumus, quia ipsi ex se nullum habent bonum, sed defectus & insufficientiam; ex Deo autem habent quidquid boni in ipsis apparet. Et quemadmodum in aere etiam si illuminatus sit, si quod ipsi ex se conuenit consideremus, nihil aliud est quam tenebræ. Ita in hominibus, (quantumuis donis, & gratia præditis) si ex se tantum considerentur, insufficientes sunt. Hæc vero insufficientia quamuis ex se, nec laudabilis sit, nec vituperabilis, si ea tamen recte utamur, laudabilis est, & meritoria. Quia qui se insufficientes cognoscunt, expellunt a se superbiam, quæ bonorum operum progressum impedire solet: & ita huiusmodi insufficientiam in se cognoscentes prospere (quia arrogantia carent,) in bonis operibus progrediuntur; præsertim circa animarum lucrum. Est etiã laudabilis huius insufficientiæ vsus, quia cognoscentes se homines insufficientes esse, Deo subiiciuntur, & ad ipsum sufficientiã expectantes recurrunt. Quæadmodum enim pauperes minime in se ipsis cõfidetes, cū obsecrationib⁹

Simile.

Simile.

R ij loquun-

loquuntur & omnibus a quibus eleemosinam petunt subiiciuntur; ita qui in se insufficientiam cognoscunt, Deo se subiiciunt, & humilibus obsecrationibus utuntur: nihil sibi tribuentes, sed omnia a Deo expectantes. Quæ cum ita sint, qua audacia arrogantes homines sibi aliquid ascribere possunt? Quibus loquebatur Paulus. Quid habes quod non accepisti? Ita Hierem. 48. Audiuimus superbiam Moab superbus est valde, sublimitatem & arrogantiam eius ego noui ait Dominus. Multi enim arrogantes (vt ait Gregorius) sibi ea quæ non habent attribuunt. Vt ille de quo Apo. 3. Dicis quia diues sum & nullius egeo & nescis quia pauper es. Alij a se ipsis habere bona quæ habent existimant. Alij vero a Deo se quidem habere confitentur; sed suis meritis. Quibus dicebat Paulus ad Ephe. 4. Gratia estis Saluati per fidem, & hoc non ex vobis. Alij vero a Dei gratia se habere fatentur, sed singulariter se habere existimant. Cum ergo Dei bona sint sua gratia nobis concessa, non est quod nobis aliquid tribuamus; sed quasi a Deo accepta administremus. Sicut dicebat Petrus 1. Pet. 4. Vnusquisq. prout accipit gratiam, illam ministrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei, si quis loquitur quasi sermones Dei, si quis ministrat tanquam ex virtute quam ministrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus. Vbi vides Apostolum Petrum docere vnumquemq. ita gratiis uti debere, quasi a Deo acceptis: ita vt cum loquitur quispiam, loquatur non suos ostendens, sed Dei esse sermones. Et in ministrando ita, vt fiat ex virtute quam sibi concessit Deus. Tandem sic omnia administrare oportet, vt in

vt in

fatores erunt multi formis gratiæ Dei, quia quanuis in nobis sit, Dei est.

DONA vero, & gratiæ gratis datæ non æqualiter omnibus cōceduntur, sicut nec talēta; nam vni quinq. alij duo, alij vero vnum concessa sunt: secundum vnius cuiusq. vires & industriam. Ita Saluator non omnibus æqualiter gratias & dona distribuit, quibusdā enim plures, veluti si quinq. talenta concesserit, aliis pauciores, veluti si duo, aliis ad huc minus veluti si vnū, sed quod sit iuxta vnius cuiusq. virtutem, intellige Christum nulli vltra vires munus imponere. Ita quod nullus conqueri potest, se vel plus vel minus accepisse quam oportet, sed ipsum gratias & dona distribuere, in æqualiter quidem, sed quod viribus vnius cuiusq. respondeat. Sic Paulus dicebat ad Ephe. 4. Vni cuiq. nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi ac fidicat. Gratia & dona & quæcunq. bona nobis á Deo conceduntur, sua donatione mensurantur: non enim æqualiter distribuit, quia nec omnes æquales sunt, sed quosdam alios excedere vult. Sic David dum discernit cælestis Reges super eam niue dealbabuntur: Rex enim cælestis, scilicet Saluator, discernit Reges scilicet Predicadores & Doctores super Ecclesiam, diuersos enim eos esse vult, & varia illis dona concedit. Si autem ad omnes fideles parabolam extendere volueris quinq. talentorum nomine, intelligi possunt quinq. bona nobis a Deo concessa. Primo corpus cum aliis corporeis bonis, scilicet valetudine, elegantiâ, nobilitate &c. Deinde animam cum suis potentiis

Vni de
dit quinq.
que talē
ta Alij
vero
duo alij
vero v-
num.

Eph. 4.

Pf. 42.

R iij & ha-

Ecclesiasti-
stici.17.

& habitibus, tertio gratiam baptismalem, quarto tem-
pus, quinto temporalia, aliquibus vero non tot con-
cedit, aliis autem adhuc minus. Hæc vero talen-
ta ab Ecclesiastico describuntur Ecclesiastici 17. in
hunc modum. Deus creauit de terra hominem,
& secundum imaginem suam fecit illum, & ite-
rum conuertit illum in ipsum, & secundum se ve-
stiuit illum virtute, numerum dierum, & tem-
pus dedit illi, & potestatem eorum quæ sunt su-
per terram. Dedit Deus homini corpus, & pro-
pterea dicit formasse illum de limo terræ; dedit a-
nimam, quia ad similitudinem suam fecit illum: quam-
quidem imaginem cum homo deturpasset per pec-
catum, ideo per gratiam baptismalem iterum ad se
conuertens vestiuit illum virtutibus infusis, quæ si-
mul cum gratia conceduntur; dat etiam certum
annorum tempus quo laborare possit, & etiam diui-
tias, & alia temporalia, super quibus ipsis potestatem
dedit. Hæc omnia Deus hominibus non ad otio va-
candum dedit, sed ad laborandum: de quibus stri-
ctissimam rationem exiget. Dedit primo corpus, vt
ipsum rationnis vinculo constringamus, temperan-
tiamq. lucremur; & alia quæ ipsam consequuntur. Si-
cut Paulus dicebat ad Thesalonicen. 4. Hæc est volun-
tas Dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisq. vas
suum possidere in sanctificatione, & honore, & non
in passione desiderij. Animam autem cum poten-
tiis, vt ipsam virtutibus ornemus. Gratiam vero ba-
ptismalem Deus nobis concessit, (qua multos pri-
uauit) vt mundo morientes Christo viuamus. Tali-
bus

The. 4.

bus dicebat Paulus ad Colloſſenſes 3. Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, & ſi qua eſt in Chriſto noua creatura vetera tranſierunt. Conceſſit nobis Deus tempus quaſi theſaurum, quo homines male vtuntur, qui tranſire ipſum permittunt, ſine bonorum operum fructu: imo (Dei quaſi obliti) toto iuuentutis tempore prauis operibus incumbunt. Quibus dicebat Salomon Prouerb. 5. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, & gemas in nouiſſimis cum conſumpſeris carnes tuas, & corpus tuum. Honor hominum libertas eſt, quam multi alienis dant, ſcilicet mundo & carni, & etiam crudeli Domino annos iuuentutis concedunt. Tales gemunt tempore nouiſſimo, videntes ſe corpus & carnes magnis, & ſine fructu laboribus conſumpſiſſe. Potestatem vero eorum quæ ſunt ſuper terram Deus conceſſit, ſcilicet diuitias, vt ipſis miſericordiam, & nunquam interituros theſauros in cælo acquirant homines per eleemoſinam; ſicut Saluator iuueni dicebat. Vade, & vende quæ habes, & da pauperibus; & habebis theſaurum in cælo. Et Paulus ad Thimotheum. Diuitibus huius ſæculi præcipe, non ſublime ſapere &c. Sed iſta (ſi pro omnibus parabola interpretetur) dicta ſunt. Conceſſis talentis ad laborandum Saluator, ſtatim profeſtus eſt. Quia quamuis nobis, & omnibus operantibus adſit, id ſine noſtræ libertatis præiudicio efficit; taliter enim nos libere operari ſinit, ac ſi abſens eſſet. Propterea dicebat Dauid. Excitatus eſt tan-

Colloſſ. 3
2. Cor. 2

Prouerb. 5

1. Tim. 6

Profeſtus eſt
ſtatim.

Pſa. 77

est tanquam dormiens Dominus tanquam potens
 crapulatus a vino; quia quemadmodum dormientes,
 & præsertim ij qui vini multum epotarunt, ea quæ ex-
 terius aguntur non vident nec sentiunt, ita cum Deus
 inimicos punire vellet (ait David) veluti excitatus est,
 quia sic eos libere operari permiserat, ac si dormiens
 antea fuisset: cū tamen nec minima nostrarū cogitatio
 nū ipsum prætereat. Quia igitur in nostra reliquit pote-
 state bonū vel malū operari a nobis excedere dicitur.

A C C E P T I S vero talentis, ne quaquam otio va-
 candum, sed animarum lucro insistendum & proximo-
 rum salutem. Ita Paulus 2. Cor. 5. Christus pro omnibus
 mortuus est, ut qui viuunt, non sibi viuant, sed ei qui
 pro ipsis mortuus est. Christus laboriosum & periculo-
 sum prædicationis officium exercens, mortuus est; iu-
 stum est, ut eius successores non sibi solis, sed ipsi viuāt,
 idem officium exercendo, & animas ad ipsum ducen-
 do. Præcipiebat Deus ut mortuo fratre sine liberis eius
 uxorem alter eius frater acciperet, ut fratri suo se-
 men suscitaret, Christus frater noster mortuus est, eius
 ergo fratres prædicatores Christianorum semen susci-
 tare, & augere debent. Sicut Paulus 1. Cor. 4. Ut filios
 meos charissimos moneo, nam & similia pedagogorū
 habeatis in Christo, sed nō multos patres, nam in Chri-
 sto Iesu per Euangelium ego vos genui, & 2. Cor. 12. Nō
 quæro vestra, sed vos; non enim debent filij parentibus
 thesaurizare, sed parentes filijs. Ioseph Ægyptios Pha-
 raoni seruos fecit, sic Prædicatores Christi censum au-
 gere procurent, quem quidem in animabus habet, has
 sibi augere Prædicatores debent. Sic Paulus 1. Cor. 9. Si
 euange-

euangelizauero non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit, ve enim mihi si non euangelizauero.

Multi enim quamuis necessitas sibi prædicandi & lucrum faciendi incumbat, receptis a Christo donis (tametsi non tot sicut alii) præ ignauia & pusillanimitate, efficere negligunt. Nonnullos enim in mundo inuenies taliter temporalibus rebus deditos, vt si quid in illis prudentiæ aut industriæ eminent, totum temporalibus lucris & non spiritualibus accomodant: nam ad spiritualia & suprema inhabiles prorsus videntur: totam vero suam industriam, in honoribus aut diuitiis querendis absumunt: id est acceptum talentum terra inuoluere, scilicet ad praua & inutilia opera sua prudentia vti. De talibus Hierem. 4. dicitur. Filij insipientes sunt, & vecordes sapientes sunt, vt faciant mala, bene autem facere nescierunt: quasi dicat. Insipientes quidem sunt ad spiritualia querenda, sapientes vero ad prauè operandum. (Si verò ad omnes parabola extendatur) multi à Deo accepta talenta non vtiliter sed prauè expendunt, corpus enim libidinibus & comessationibus & lænociniis deturpant, animam vero prauis desideriis complent. Baptismalem gratiam floccipendunt. Tempus autem præciosissimum prius præterisse aduertunt, quam a peccatis resipiscant, res vero temporales in prauos vsus dissipant. Ecce qualiter acceptis à Deo talentis vtuntur. De iis dicebat Osee. 2. Dedi eis frumentum vinum & oleum, & argentum multiplicauit eis, & aurum quæ fecerunt Baal: iisce enim temporalibus rebus, homines sibi idola potius efficiunt: vnusquisq. iuxta id quod concupis-

Qui autem vnū accepit a biens dedit &c.

Hierem. 4

Osee. 2

S cit.

cit. Quauis ista de pigris potius interpretari debeant, qui sua pusillanimitate, & animi depressione acceptū a Deo talentum abscondunt, diuine iustitiæ rigorem pauescentes, hoc est effossa terra talentum abscondere; timent enim spiritualibus lucris se inmiscere. Post multum vero tēporis Saluator reddere dicitur, quod quidem inter ascensionem, & iudicium intelligi debet quod certe respectu nostri longum est. Si vero ad Deum referatur (qui eternus est) breue iudicatur. Tempus enim circa nos dilatatur, coram Deo vero constringitur; quia nos intra tempus continemur, Deus vero extra tempus est, quasi Dominus temporis; & quemadmodum serui coram dominis constringuntur, ita tempus coram Deo. Quia vt P̄sal. ait. Mille anni ante oculos eius sicut dies hesternæ &c. Sed quia nos tempus continet, tanquam sibi subiectos longum nobis videtur. Ideo dicebat Petrus 2. Pet. 3. Vnū vero nō lateat vos charissimi, quia vnus dies a pud Dominū sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus; nō tardat Deus promissionē suā, sed patienter expectet nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam reuerti.

EXIGENDA vero ante actorum ratio, quamuis negligentes territet, eos tamen qui accepta talenta bene administrarunt, summopere delectabit. Et ita qui quinq. talenta acceperat, & qui duo (nam idem de vtroq. iudicium & ad eundem modum interpretari debet) accedunt ad iudicem cum fiducia. Sic Prouer. 3. dicitur. Custodi legem, & consilium, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Tunc ambulabis fiducialiter. Quasi dicat. Non solum si legem quantum ad affirmatiua

Post
multū
vero tē-
poris ve-
nit Do-
nus.

P̄sal. 89.

2. Pe. 3.

Acce-
dēs qui
quinq.
talenta
accepe-
rat.
Prou. 3.

matiua

matiua, & negatiua præcepta custodieris, & consilia
 etiam, opera charitatis proximis impendendo, & ani-
 marum lucrum augendo, tunc vita gratiæ viuens, fidu-
 cialiter ambulabis. Et Iob etiam II. dicitur Habebis fi-
 duciam proposita tibi spe: quia studiosi viri qui pro-
 ximorum salutem procurant, fiducia pleni sunt; cer-
 tissimis Euangelij verbis sibi spe promissa. Sic Pau-
 lus cum fiducia accessit, tot lucra que acceptis ta-
 lentis effecerat, ostendens, ita Petrus, & Ioannes,
 & alij Apostoli: Sic Dominicus tot animas suo in-
 stituto acquisite, tot hereticos, tot Iudeos conuer-
 sos, sic beatus Vincentius, Augustinus, Gregorius, a-
 nimarum lucra, talentis duplicatis ostendent iniusti
 examinis die. Propterea Paulus dicebat 2. Timoth. I. Timo. I
 Certus sum, quia potens est depositum meum ser-
 uare in illum diem. Quanta vero alacritate Salua-
 tor suos recipiat lucrum animarum ostendentes, vix
 verbis explicari potest. Ideo Euge. ait, quæ vox exul-
 tantis, & gratulantis est. Sic dicitur Sopho. 3. Dominus
 Deus tuus in medio tui fortis ipse saluabit, gaudebit
 super te in lætitiâ: Quasi dicat (vt Rupertus exponit.) In
 die illa vniuersalis resurrectionis, dicetur tibi, Noli time-
 re, quia Deus in medio tui, & mors ultra nō erit; porro
 gaudiū, quo super te gaudebit, & silētiū quo filebit in di-
 lectione tua, minime explicari potest, quia nec oculus
 vidit, nec auris audiuit & c. quia gaudebit Deus super te,
 filebit, si quæ per ignorantiā effeceris: tāta erit eius chari-
 tas in te, & exultabit in laude tua super tuis virtutibus.
 Propterea bonum fidelemq. nominat, bonum qui-
 dem in se, quia virtutum numeros impleuit, fidelis

S ij autem

autem dicitur quia concessis sibi a Deo donis, & gra-
 tiis, minimis quidem respectu superiorum fideliter v-
 sus fuit ad proximorum salutem. Ideo ei dicitur intra
 in gaudium &c. Quasi dicat. Intra nunquam exiturus,
 quia neq. te ego eiiciam, neq. tu exhibis; ego enim sine
 offensa, eiicere non possum, in cælo vero nulla mei of-
 fensa esse potest; quia omnibus inerit rectitudo volun-
 tatis. Sed nec beatus exhibit, quia non habet tædium cõ-
 uersatio illius, & etiam est sufficiens bonum, quo volũ-
 tas expletur; neq. habet aliquod malum annexum pro-
 pter quod beatus retrahatur ab eius fruitione &c. Nõ
 ergo a beatitudinis loco exire beatus poterit. Ita Da-
 uid. Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum
 Sion; quoniam confortauit seras portarum tuarum,
 benedixit filiis tuis in te. Deus enim veluti seras, & re-
 pagula Hierusalem ciuitatis cælestis confortauit; tali-
 ter, vt intrantes exire amplius ne queant. Gaudium ve-
 ro cæleste perfectum est, nam cum gaudium ad deside-
 rium referatur sicut quies ad motum, tunc vere com-
 pletum gaudium est, cum nihil amplius restat desi-
 derandum; huiusmodi vero beatitudo suprema est, quia
 Deus clare visus, hominum desiderium, & angelorum
 cumulatissime complet. Imo tale est, quod in homine
 totum capere non potest: quia nec homo, nec Ange-
 lus ipsum comprehendere valet. Ideo fidelis seruus in
 gaudium intrat, sed non gaudium in ipsum. Vtriq. autẽ
 par præmium redditur, quia æquale etiam fuit meritũ.
 Ita enim qui duorum talentorum lucrum referebat
 laborauit, sicut qui talentorum quinq. lucrum ostende-
 bat. Piger vero, & pusillanimis seruus, in Domini duri-
 tiam

tiam suam negligētiam retorquet, ac si diceret. Taliter homo durus es, vt metas vbi non seminasti. Qualiter vero ista Deo accomodari possunt, non oportet investigari; quia falsæ estimationes sunt, quæ hominibus animo depressis multoties circa intellectum occurrūt. Nempe Deum rigide rationem exigere de prædicationis officio & confessionum audiētia; taliter, vt tutius sit (ne amplius perdat) ab illis abstinere. Sed ad hunc modum ista Deo applicari possunt. Durus Deus dicitur, quia velut inexorabilis, nullum malum impunitū relinquit. Metit autem vbi non seminat, quia a vitiis quandoq. gloriam extrahit, quæ ipse minime seminavit. Et etiam bonum quandoq. ex peccatis elicit, quæ ipse non sparsit. Sed qualiter inutilis seruus talentum integrum Domino reddere possit, qui eo non vsus est ad lucrum, in materiali quidem talento fieri potuit, in dono vero, & gratia a Deo suscepta fieri minime potest; quia qui dono accepto non vtitur quomodo & quando oportet, nequaquam integrum reddere potest. Sed pusillanimis seruus existimavit, non seruando affirmatiua præcepta sed negatiua, ad similitudinem talenti materialis se integrum seruasse: ideo dixit. Ecce quod tuum est. Hunc vero seuerè increpitum in tenebras exteriores Deus mittit, qui interiores semper habuit. Et eum increpans dixit. Quare non dedisti pecuniam meam numulariis: ac si diceret. Si officia in quibus magnum inesse periculum timebas, exercere non audebas, saltem illis te incumbere oportebat; quibus sine periculo aut saltem paruo lucrari poteras: & ego exegissem cum vsuris. Loquitur secundum pessimam

Domine scio quia homo durus es.

Ecce quod tuum est.

Quare non dedisti &c.

S iij

serui

serui existimationem : ac si diceret. Quia existimabas me metere vbi non semino, debebas etiam consequenter existimare, me pecuniam meam cum vsura exacturum. Vult vero talibus verbis Deus in sinuare, debuisse seruum pigrum cum aliquo societatem inire, & pecuniam ad aliquod certum lucrum exponere. Poena vero huius inutilis serui fuit, talentum quod otiosum seruauerat, ab ipso tollere, & frugi seruo concedi non quantum ad vsum, sed quantum ad gaudium. Quia fidelis serui gaudium accrescit. Quia iusti in caelo, non solum gaudebunt de donis rite ab ipsis administratis, Apo. 3. sed etiam de donis aliis collatis. Iuxta illud Apo. 3. Tene quod habes, & nemo accipiat coronam tuam; quia omni gaudium habenti, dabitur ei amplius gaudium. A beo vero qui indigne talentum habuit, & pigre eo vsus est, in resurrectione, quod videtur habere gaudij auferetur ab eo. Studeamus ergo talentis a Deo acceptis recte vti, & animarum lucrū procurare: vt in gaudium Dei intrare mereamur.

Omni
habenti
dabitur

DVO DEBITORES ERANT
cuidam foeneratori, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Lucae. 7.

Pharisæus qui Christum conuiuio exceperat primo iudicauit in corde suo Christum non esse Prophetam. Deinde iudicabat mulierem non debere admitti ad con-

ad cōtractū, eo quod esset peccator. ix. Ideo Saluator hęc parabolā proposuit, cuius scopus est, ostēdere primo se esse Prophetā, cū illius cogitationi respōdeat. Deinde demonstrare melius se fecisse cū illā ad cōtractū admisit, quā cū eius cōuiuiū acceptauit. Postea intēdit ostēdere eā iustiorē Phariseo, & ita Pharisaicā superbiā taxat ostēdēs nō debuisse ipsum, mulierē exhorrescere, cū eque peccator esset. Ad literā vero intelligēdā notādū est feneratoris nomē pro mutuāte accipi. Denari⁹ vero nummi genus est æqui valetq. dragmę &c.

N V N C ad parabolæ interpretationem veniamus. Christus creditor erat, Simō vero & Maria debitores erant, quia peccatores. Ex quibus Maria magis dilexit Christū, quā Phariseus, quia cognoscebat maius debitū, quod sibi remitti postulabat, Phariseus vero minus, quia minus se debere existimabat. Quod vero Maria etiā plus amaret Christū, aperte ostēditur ex tribus differentiis. Prima est quia Pharise⁹ nec aquā simplicē Christo dedit ad laudādū pedes. Maria vero lachrymis rigauit pedes & capillis terfit. Secūda est quia Simō nec osculū Christo dedit in amicitie signū. Maria vero pedes eius incessanter osculata est. Tertia est qua Phariseus nec oleo simplici caput Christi vnxit. Maria vero vnguento præcioso caput eius vnxit. Tunc Saluator cōuersus ad Simonem ait. Contemplare hęc mulierem quam indigne ad contactum admissam iudicasti, certē cognosces ipsā te superare & magis me diligere. Nā sicut ex duob⁹ debitorib⁹ cēsēs illū magis creditore diligere cui maius debitū dimissū est. Ita inte & hac muliere accidit hęc nāq. mulier quia multum se debere

debere

debere existimauit, maiorem gratiam a me petiit, & expectauit, & propterea multum me dilexit. Tu autem quia minus te debere existimasti, etiam putasti te minore gratia indigere, & ideo minus etiam dilexisti. Propterea dico tibi remitti ei peccata multa quoniam multum dilexit, tibi autem parum dimittitur quia parum diligis. Videtur autem ecouerso inferendam fuisse conclusionem secundum parabolæ exigentiam. Postulat enim parabola hanc illationem, quoniam remittuntur ei peccata multa, ideo dilexit multum, infert vero Christus, remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Deinde etiã dubitatur quomodo ideo remittuntur quoniam dilexit, cum remissio peccatorũ gratuita sit. Huic dubitationi primo satisfaciam, sed obseruandum est prius ex Theologorum fere omnium sententia, iustificationem non esse motum diuersum ab infusione gratiæ diuinæ quæ est charitas, vel saltem non est sine charitate, ita vt charitas non se habeat vt effectus consequens iustificationem, neq. vt dispositio præcedens, sed sit causa formalis iustificationis, & ita in ea se habet sicut caliditas in calefactione, eo enim ipso quis est iustificatus, quo illi per fidem infusa est charitas Dei ex merito Christi. Hoc præfixo bifariam quæstioni responderi potest, primo vt verba Christi intelligantur de plenaria remissione, qua nõ solum culpa sed etiam poena remittitur, & quia remissio poene meretur per charitatem ideo dicitur remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Si vero Christi verba intelligantur tantum de remissione culpæ, interpretandum est remissionem attribui dilectioni charitatis, nõ
tanquam

tanquam causæ disponenti & meritorie, sed tanquam causæ formali, quia eam perficit vt formalis causa, & ideo dictum est. Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum, ac si diceretur. Aqua desit esse frigida quia facta est calida. Ex iis quodammodo etiam primæ quæstionis solutio patet, quare scilicet inuersa inferatur conclusio, nam illa duo reciprocantur, quia & multa dilectio est causa remissionis multorum peccatorum, & remissio multorum peccatorum est causa dilectionis, sed diuersimode, nã remissio est causa multæ dilectionis, tãquã disponens & prouocans, quia prouocamur ad amãdum eum, quem consideramus sua bonitate nobis peccata remittere. Dilectio vero est causa remissionis tanquam perficiens ipsam remissionem. Et ita vtrumq. inferri potuit, Christusq. vtrumq. intulit, nam dixit cui autem minus dimittitur minus diligit. Ex quibus manifestum est remissionem peccatorum non in omnibus assimilari remissioni pecuniarum, nam amor non perficit remissionem pecuniarum, sed ipsam consequitur, dilectio vero, perficit remissionem peccatorum vt dictum est, & ideo Saluator inuersam intulit conclusionem.

CONCIO.



SI corusciferi cõuexa cæli, varia nobis astra demonstrant, non eodem fulgore micãtia, quia non eque Solis splendore participant ita vt aliq, aliis illustriores videãtur, vt Paulus

T diceba

1. Co. 15 dicebat, 1. Co. 15. Stella difert a stella &c. Non mirum est Ecclesiam, quæ toties a Christo regnum cælorum dicitur, multos nobis Sanctos proponere, vario sanctitatis splendore micantes. Taliter enim Sanctorum quidam, aliqua virtute micant, & aliis prestant, vt de illorum quolibet illius virtutis gratia dici possit. Non est inuentus similis illi &c. Inter omnes vero Sanctos Maria Magdalena, eximio splendore fulget, quæ nobis hodie vt exemplar, & speculū pænitiæ proponitur qua quidē ita resplenduit, vt Christus non solū antæ actæ eius vitæ scandala obliuioni perpetuæ tradiderit, sed multis aliis prætulit, Phariseo, præsertim, qui in sua falsa iustitia confidens, mulierem ad Christi cōtactū admittam mirabatur, è contra vero Saluator ipsam eo iustiorē, & ab ipsa charitate superari, proposita parabola declarauit. Qua ad tacitā eius cogitationē respondet, ostēdēs aperte se Prophētā, contra illius falsam æstimationē esse, qui cogitationis eius occulta penetrauit.

Roga
bat le
sum qui
dā Pha
riseus.

Lucę 14

INVITAVERAT Christū Phariseus, vel vt ipsi gratiam repēderet procurator fedissimę lepre morbo, vel vt sanctitatis opinionē apud vulgus ex Christi familiaritate acquireret, solent enim quādoq. homines sic gloriā captare: vel vt ipsi inter prandendum si quod forte (vt assolet) verbum, vel contra leges, aut Principes decideret, calumniarentur & in crimen vertentes accusarēt: quod quidem quādoq. a Phariseis effectum Lucas commemorat, nam Pharisei, vt vitam Christi explorarent & calumniarentur ipsum ad prandiū inuitarunt. Saluator vero conuiuium minime renuit, non solum vt omnibus, etiam inimicis se facilem exhiberet, vt nul

la co-

la eorum perfidia excusationem haberet, sed vt in con-
 uiuij huius domo, velut in theatro, suæ misericordiæ
 diuitias ostenderet, potest atq. remittendi peccata, per
 peram a Iudæis interpretatam, ad quam tot veteris le-
 gis holocausta pertingere, non potuerunt. Hanc Chri-
 stus in muliere ipsa ostendit, quam Lucas Euangelista
 depingens: impudiciciam, lasciuiam, læuocinia, inho-
 nesta verba, & opera, meretricium factum, infamiam, a
 amoresq. perditissimos, vno solum vocabulo quo ip-
 sam peccatricem absolutæ nominavit, perstrinxit. Eo
 enim misera peccato seruebat, quod omnia penè
 peccata secū afert. Qui enim luxuriosus est, omnibus
 aliis peccatis vt plurimum succumbit. Talis quippe su-
 perbus est, qui sibi neminem equari patitur, sed om-
 nes præse contemnit; vt vel sic pluris ab Amata estime-
 tur. Gulosus est etiam, qui sæpe comotationibus con-
 uiuijsq. quibus luxuria nutritur, indulget. Inuidus est e-
 tiam, qui alios sibi præponi aut se diuitiis excedere &
 fauore conspiciens, torquetur. Est similiter iracundus,
 ita vt plerosq. videas meretricū gratia, quarum amori
 succūbunt, alios ad duellum prouocare, & in illarū cō-
 spectu cruentissime digladiari. Desidia etiā luxuriam
 cōsequitur, luxuriosi namq. per compita & triuios &
 plateas, otia terētes vagātur. Auari etiā luxuriosi sunt,
 & in pauperes crudelissimi, vt sibi res sufficiant ad scor-
 ta alienda. Eadem vero de luxuriosis fæminis sen-
 tiendum, nam superbissimæ sunt huiusmodi, vt in-
 cessu & ceruice elata vestibus ad id artificit se confe-
 ctis ostendunt, Gulosæ & desidiosæ & inuide siquæ sunt
 in mundo, meretrices sunt, & auaræ quæ multis patri-

Mulier
 que erat
 in ciui-
 tate pec-
 catrix.

T ij monia

monia consumere compulerunt, propterea Paulus
Gala 5. dicebat ad *Gala. 5.* Manifesta autem sunt opera car-
 nis, quæ sunt fornicatio, immūditia, impudicitia, luxu-
 ria, Idolorum seruitus, veneficia, inimicitie, contentio-
 nes, emulationes, iræ, rixæ, diffensiones, sectæ, inui-
 diæ, homicidia, comestiones, ebrietates, & his simi-
 lia, talibus vitiis penè Magdalena implicita, absolu-
 te peccatrix vocabatur. Est etiam quia vt infamis no-
 men perdiderat. Aliqui namq. non solum peccato-
 res, sed infames effuse vitiis indulgentes euadūt. Idq.
Nau. 3. Deus in peccatorum poenam permittit. Ita *Nau. 3.*
 Ecce ego ad te, & reuelabo pudenda tua, & ostendam
 gentibus meditatem tuam, & Regibus ignominiam
 tuam. Et ita cum nec Dei timore, nec hominum vere-
 cundia, peccator permouetur, induratur, & tardus
Hiere. 30. ad resipiscendum euadit. Ita *Hiere. 30.* Propter multi-
 tudinem iniquitatis tuæ, dura facta sunt peccata tua:
 Quasi dicat. Quia non solum fornicatione, sed multis
 aliis flagitiis, Deum prouocasti, dura facta sunt pecca-
 ta, id est te etiam indurauerunt. Taliter affectam mise-
 ram hanc foeminam, impotenter vitiis seruientem,
 Deus peculiaris auxiliij oculo, paucissimis communica-
Ezechi. 16. to, intueri dignatus est. Sicut *Ezechi. 16.* dicitur. Tran-
 siens per te vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi
 tibi cū esses in sanguine tuo. Viue: Quasi dicat. Huma-
 no more Deus loquens. Transi per te, & sublimi meę
 intelligentie oculo, vidi te conculcari in peccatis, quæ
 per sanguinem significantur, & quauis peccator qui-
 libet conculcetur, tamen de luxuriosis peculiariter, in-
Eccles. 9 telligitur. Ideo dicitur *Ecclesiastici 9.* Omnis mulier
 fornicat.

fornicaria, vt stercus in via conculcabitur, quia vilis reputatur, propter infame peccatum. Et dixi (quod apud Deum facere est) cum in peccatis esses, peculiare tibi auxilium gratiæ præbens, viue, id est nolo vt perpetua peccatorum morte damneris. Iste vero, adeò singularis fauor, non omnibus, sed his quibus Dei bonitati vitium est, conceditur. Quemadmodum enim temporales Domini, seruis suis ea quæ cum illis pacisci placuit, non denegant, quandoq. vero aliquibus præter id quod pacti sunt, aliquid aliud in amoris, & beneuolentiæ signum, concedunt veluti vestem aut torquem. Ita Deus, nulli auxilium denegat quod promisit, aliquos vero peculiari fauore prosequitur, singulari modo eos ad se trahendo, quare vero hunc trahat, & illum minime, nobis iudicare non licet. Ista vero peccatoris ad Deum per ipsius motionem conuersio, quadam interius collustratione, quæ fit per motum fidei, & secretum Dei magisterium, grauiissimis verbis Iob declarauit cap. 33. Quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectis, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eum a superbia, eruens animam eius a corruptione, & vitam illius vt non transeat ad gladium, increpat quoq. per dolorem in lecto, & omnia ossa eius marcescere facit, abominabilis fit ei panis, & cibus antea desiderabilis. Quibus verbis conuersionis initium, progressum, & terminum explicauit. Quando homines peccatorum sopore correpti dormiunt, & in delectationis lecto quiescunt mandatorum Dei oblitæ, vnus in lecto auaritiæ, alter in lecto lu-

Simile.

Iob. 38.

T iij

luxuriæ

xurię, alius gulę &c. Tunc particulari Deus motione eorum aures aperit per interiorem inspirationē, & per secretum magisteriū instruit quem eligit, & erudit fide ei exquisitissima dānatorum tormenta, cęlestis vitę iacturam, peccatiq. incommoda declarante, vitęq. pręsentis miseriam, id vero Deus efficit vt ipsi timorem incutiat, quo auertat eum ab his quę fecit, scilicet a luxuria, ab ira, auaritia, & vt liberet animā eius a corruptione peccati, & pręsertim a radice, scilicet superbia ab amore sui, ne propter ipsum transeat in gladium diuine vltionis: iste timor peccatorem torquet, sed ne animum despondent, spes adiuuat thesauros ei diuinę misericordię aperiendo, & quanta pro nobis pertulerit, scilicet crucem, verbera, clauos &c. Tunc peccator amore quodam fertur in eū qui talia misericordię viscera ad aperta ad omnes habet, & qui tanta pro se tulit: iste amor dolorem causat, quod tantam maiestatem offenderit, ideó dicit increpat eum per dolorem in lecto, nam amor ille increpat eum cum dolore, quod Deum offenderit, & tunc taliter detestatur peccatum, vt magnopere abominetur ante actā vitam, & ea quę Dei oblitus effecit: imo quę voluptatem ei antea afferbant detestatur, propterea dicit abominabilis fit ei cibus antea desiderabilis, modo exossus ei fit, & nollet Deū offendisse, & ea in quibus antea delectabatur, ita odio prosequitur, vt nihil illi sit abominabilius. Taliter affecta erat Magdalena per interiorē Dei motionē, cū ad Christum perrexit.

Vt cognouit quod Iesus &c.

LAVDE vero dignissima profecto iudicāda est, nā cū omnes fere Christū corporeę sanitatis gratia quererent,

rarēt, ipsa pro anime salute Saluatore quæsiuit, de quo
 dicitur Ps. Qui sanat cōtritos corde; Quasi diceret. Sa- Psal.
 name Domine & sanabor Hiere.
 Hiero. 17. Ad hoc enim Chri- 17.
 stus præcipue carnē assumpserat, ita etiā Hiere. 3
 Hiero. 3. Cōuer- 3.
 timini filij reuertentes, & sanabo auersiones vestras.
 Quasi dicat. Auerſi estis a me, conuertimini, & sanabo.
 Et similiter Hiero. 30. Obducā cicatricē tuam, & salua Hie. 30.
 bo te a vulneribus tuis. Quasi dicat accede anima per
 dolorem, & vulnus quod peccatum inflixit obducā, &
 curabo te a vulneribus peccatorum. Sed mirum quod
 tot conuulsus non erubuerit, qui forte aliam deterre-
 rent. Sed qui spiritu Dei agūtur, omnia euincunt. Ita di-
 cebat Esa. 25. Spiritus robustorū quasi turbo impellens Esa. 25.
 parietē. Diabolus enim ante eos qui cōuerti volūt, pa-
 rietē impedimētorū opponit, quibusdā enim præterite
 vite dulcedinē, & peccati cōsuetudinē, aliis penitētię la-
 bores aggrauat, aliis spē veniæ cōsequendę adimit, &
 difficile ostendit veniam obtinere, aliis restituēdi dif-
 cultatē proponit, & ita pusillanimes territat, & a pro-
 posito virtutis calle multoties auertit, sed robusti in
 quibus Spiritus sanctus radices misit, quasi turbo parie-
 tem impedimentorum impellunt, & transgrediun-
 tur. Sicut Magdalena quæ a Spiritu sancto ducta, &
 robustior facta, impedimenta quæ sibi Diabolus op-
 ponebat protriuit. Christum vero ita erubuit, vt ne- Stans re
 quaquam ante eius faciem compareret, sed retro præ tro.
 verecundia sicut Publicanus stetit. Verecūdia vero quę
 peccatorum confessionem impedit damnabilis est, si-
 cuti multas videas quæ cū iuerecunde multis Deū of-
 fensis irritauerint, ante confessorium positæ, peccata
 fateri

Gene. 31 fateri verentur Rachel idola absconsa tenens ostendere recusabat. Ita multi peccatorum idola præ verecundia contegunt. Alij vero sine dolore ita confidenter, & sine rubore peccata cōmemorant, vt historiam texere videantur. De talibus dicitur **Hiere. 6.** Confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt: Quasi dicat. Cum tot enormia crimina comisissent, non erubuerunt. Peccata quidem aperte, sed cum verecundia explicanda sunt. Ita dicitur **Ecclesiastes 8.** Peccator ex eo quod cencies fecit malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quod erit bonū metuentibus Deū, qui verentur faciem eius. Quibus verbis ostenditur peccatorem a Deo per patientiam sustentatum, qui cencies malum, id est multis peccatis inuolutum, si Deum timeat, & faciem eius reuereatur, in bonum eicedit, quia feruētior quandoq. euadere solet, dolorq. eius crescit ex peccatorum multitudine. Retro vero ex verecundia posita Magdalena, clarissima integerrime contritionis signa (si quæ alia in mundo) ostendit. Nam lachrymarum fontes ab eius oculis erumpētes, pedes Saluatoris rigabant, ad eorum cōfusionem qui cum tot annis, totq. grauissima peccata cōmiserint, non lachrymas modo, sed nec tantillum interius permouentur. Videant ergo peccatricem taliter indolentem, vt imbres ab eius oculis effluere videantur. De ipsa dicitur **Prou. 4.** Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Ac si dicat. Diuide mercatoribus aquas tuas, vt plorent iniquas captiones quibus pauperes irretire student. Diuide dominis temporalibus, vt plorent tyrānidē quā exercent: Diuide luxuriosis &c.

Nec

Lacry-
mi se-
pit riga-
re &c.

Prou. 4

Nec lachrymis solum, sed capillis ore & vnguento officiosa, & dolorem testantia opera efficiebat, nam capillis pedes Saluatoris tergebat, ore vero osculabatur, & vnguento vngebat. Victores post deuictos hostes, solent eorum signa raptando portare. Ita Magdalena deuictis hostibus scilicet, Diabolo, mūdo, & carne, ea que veluti eorum signa erant, nempe capillos, os, vnguenta, & alia, ante Christum raptabat. Id a nobis Saluator expetit, vt qua sollicitudine mundo, & Demoni, & carni seruiuimus, ea ad ipsum conuersi eius voluntatem impleamus. Propterea dicebat Paulus ad Rom. 6. Hu-
 manū dico propter infirmitatē carnis vestræ, sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitatē ad iniquitatē, ita nunc exhibite seruire iustitiæ in sanctificationē. Ita Māgdalena capillos, quibus multos antea ad lasciuiam prouocauerat, ad obsequium Christi conuertit. Os ab impudicis osculis ad pudica conuertit. Vnguento etiam quo plures ante allexerat, Saluatorem vnxit. Et oculis quibus multos antea inhoneste conspexerat, lachrymarum imbres effluebant. Tantarum vero lachrymarum in Magdalena, culpæ cognitio extitit, quā si nos peccantes cognosceremus, inconsolabili profecto lactu deplorantes doleremus. Si alicui vnicus filius esset multarum possessionum hæres, & sua culpa propter incuriā moreretur, certē quādo cunq. id cogitaret, acriter & ex animo indoleret. Vna nobis anima a Deo concessa est, Regni, cælestis hæres, quæ quidem culpa nostra per peccatum extincta iacet. Quibus obsecro lachrymis digne tantā iacturā deplorabimus? Ita Hieremie 6. Filia populi mei accingere cilicio, conf-
 V perge-

Sim. le.

Rom. 6.

simile.

Hiere. 6.

pergere cinere, luctum vnigeniti fac tibi. Taliter Magdalena ad Christi pedes, animam peccato mortuam deplorabat. Mulier Sunnamitis ad Elisæi pedes, defunctum filium inconsolabilibus lachrymis deplorabat, Giezi vero eius discipulus, eam a pedibus Prophetæ amouere voluit, cui dixit Elisæus. Dimitte eam, quia anima illius in amaritudine est, Magdalena ad pedes Saluatoris demissa veluti defunctum filium deplorabat, animam videlicet peccato mortuam, Phariseus vero indignum ratus, quod ad Christi contactum accederet, existimabat Christum minime ipsam cognoscere, qui sui copiam ipsi ad contactum faciebat.

QVIA igitur ista Phariseus mente agitabat, prudētissime Saluator parabola respondet eius cogitationi, ostendens contra Pharisei estimationem se Prophetam esse. Et quia Phariseus indignum iudicabat Christum mulierem ad contactum admittere, ostendit potius, imo equius ipsam admissam, quam conuiuium eius acceptasse, quia cum vterq. peccator esset, sua misericordia indigebat. Ostendit etiam hac parabola peccatricem ipso meliorem esse. Phariseum vero reprehensurus, nequaquam aperte id facit, sed cōmiter ipsum prius compellans, dicendi potestatem civiliter postulauit. Fœneratoris vero nomen, pro mutuante accipi debet, in præsentī: Qui quidem creditor Deus est, cui nos peccantes debitores restamus, sicut in oratione dicimus dimitte nobis &c. Nonnulli quinquaginta, alij vero quingentos denarios debent, prout grauioribus ipsum criminibus, vel longiori tempore prouocarūt. Et si vtrisq. Deus parcit, illi plus cum amant quibus plura

plura peccata dimisit. Sed ad litteram revertamur. Saluator creditor erat, Simon, & Maria debitores, Maria vero plus Christum quam Simon diligebat, quia cognoscebat maius sibi debere remissum. Imo remitti postulabat. Ille vero minus diligebat, quia suum debitum minus esse putabat. Quod Christus aliquibus diuersitatibus, inter Mariam, & Pharisæum re-
 pertis ostendit. Prima quia Pharisæus, nec aquam ad lauandum pedes concessit, Maria vero non aquam, sed lachrymas ad lauandum dedit, & capillos quorum mulieres magnam curam habere solent, ad tergendum exposuit. Pharisæus nec ori Christi osculum dedit, Maria vero pedes eius incessanter osculabatur. Pharisæus nec oleo in lætitiæ signum caput Christi vnxit Maria vero præcioso, & odorifero vnguento, pedes Christi vnxit. Ista maioris dilectionis signa sunt. Propterea ipsi dicebat. Vides hanc mulierem? Ac si diceret contemplare eam, & videbis te, ipsam iustio-
 rem, meq. plus te diligere: quia plus se debere cognoscit. Christus vero non intulit, dilexit multum, quia dimissa sunt ei peccata multa prout parabola postulare videtur; sed intulit remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Quia charitas in iustificatione est veluti formalis causa, & propterea ista duo reciprocantur, nã multorum peccatorum remissio, est causa multę dilectionis, & multa dilectio remissionis multorum peccatorum, sed dilectio quasi formalis causa remissionē perficiens, remissio vero quasi disponēs, & prouocās, quia prouocamur ad amandum, eum, quē cōsideramus sua bonitate nobis peccata dimittere. Et propterea Saluator vtrūq. intulit, quia etiam

dixit cui minus dimittitur minus diligit. Quæ quidē sen-
tētia, de debitoribus intelligēda est. Ac si diceret Simo-
ni. Hęc mulier quia multum te debere existimauit, ma-
gis diligens te diligens dilexit. Tu
vero, qui minus te debere existimasti, gratia minore
te indigere putasti, ideo minus dilexisti. Ad mulierem
vero conuersus Saluator, iobeleum plenissimum cō-
cessit dicens. Remittantur tibi peccata tua. Quia fi-
des quæ principium conuersionis extitit, te saluam
fecit. Propterea in pace sedata conscientia proficisci
poteris. Sed cum iuuenis ad huc esset, & secum ar-
ma defferret, quibus Hierosolymæ iuuentutem ex-
pugnarat, nempe unguenta, crines, oculos, & alia,
quomodo in pace proficisci poterat? Sed ea Deus in ip-
sius commodum commutauit. Ita dicebat Dauid Ar-
cum conteret, & confringet arma, scuta comburet ig-
ni. Deus enim arma pulchritudinis Magdalene quibus
tot iuuenes expugnauit, confregit, & igne ardentissima
charitatis combusit. Et ita per amorem carnis insulti-
bus quasi confopitis, in pace poterat abire. Et etiam
quia in integram Saluatoris amiciciā recepta est, quia
nec peccatorum vestigium remansit, sed omnia chari-
tas consumpsit. Ita Pro. 10. Vniuersa delicta operit cha-
ritas. Christus enim nequaquam sicut chirurgicus cu-
rat, qui semper vulnerum signa relinquit quātunuis pe-
ritus sit. Sed Christus nec peccati signū in anima relin-
quit. Marit⁹ quāuis adulterā recipiat, nō eisdē oculis vt
antea respicit, sed Saluator ex toto peccatorū obliuisci-
tur, quia ita eā beneficiis prosequitur, ac si nō peccasset.

Sic Esa. 38. proiecisti post tergūtū omnia peccata mea.

N E M O

NEMO ACCENDIT LV-
cernam, & in abscondito ponit, ne-
que sub modio &c.

Lucaë II.

DVÆ Parabolæ proponuntur in hoc Euangelio
quas non est ad modum difficile explicare. Pri-
ma est. Nemo accendit lucernam &c. Huius primæ
scopus est ostendere (vt Cardinalis Gaetanus ait, cu-
ius mihi expositio in præsentia valde placet) fi-
nem & fructum Euangelicæ doctrinæ. Nomine igitur
Lucernæ se ipsum intelligit, fuit autem accensa cum
lux diuinitatis nostræ humanitatis materiæ iuncta fuit,
lucebat vero Saluator doctrina Euangelica, & diuinis
operibus, fuit igitur accensa non vt lateret, sed vt esset
super candelabrum vt quicumq. Ecclesiæ domum
ingrederentur viderent lumen, & illuminarentur, lu-
mine fidei Euangelicæ & doctrinæ.

OCCASIONE vero accepta a lucerna, Salua-
tor aliam parabolam proponit, de lucerna, diuersa
quidem a præcedenti, nam præcedens lucerna est
communis ad illuminandum omnes ingredienti-
bus Ecclesiam, hæc autem est lucerna vnicuiq. propria,
deinde quia prior lucerna semper est lux, ista vero
multoties obtenebrescit. Huius igitur scopus est
ostendere ex vitioso mentis oculo cuncta mala pro-
uenire, haud occulte ea similitudine Pharisæorum

V iij

prauos

prauos mores taxans qui ex peruerso mentis oculo procedebant. Est ergo hæc similitudo. Sic se habet omnium operationum congeries ad rationem, sicut totum corpus humanum ad oculum, nam sicut corporis lucerna est oculus, ita operationum ratio, quemadmodum ergo cum oculus qui est lucerna corporis, clarus, purus, simplex sine lippitudine, est totum etiam corpus lucidum & clarum est, ita cum ratio recta est, & pura sine admixtione contrarij, tota operationum congeries siue omnium operum corpus lucidum etiam & bonum est, sicut igitur homines magnopere curant, vt oculus clarus conseruetur, ne omnia illis intenebras conuertantur, ita etiam qui bene operari cupiunt curare debent ne mentis lucerna per errorem obtenebrescat, nam aliter omnia opera erunt tenebrosa, si autem conspicua fuerit & sine tenebris, tota etiam operationum congeries clara erit &c.

CONCIO.



CURRENTVS humani generis, hostis per Dei offensam receptus, quanuis multa corporibus intulerit detrimenta, circa animæ tamen vires potissimum grassari voluit. Inter eas vero rationis lumen quod magis in hominibus spendere videtur, quoq. vno reliquis animantibus præstant, ita tenebris inuoluit, vt nihilo penæ brutis, meliores, imo ipsis similes obscuris peccatorum

torum actibus redderentur. Tantæ vero calamitatis cælestis pater miseratus, supremum suæ lucis splendorem mittens nostræ naturæ coniunctum, veluti lucernam accendit. Sic dicebat David. Exortum est in tenebris lumen rectis &c. Nam lumen, lucem veluti in materia significat. Ab hoc lumine cæcæ hominum mentes, quæ velut extinctæ lucernæ iudicari possent, illuminantur, ne tenebris obvolutæ, a virtutum calle eos ab errare faciant. Sic dicitur Ecclesiastici 31. In sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminavit. Ista sunt quæ Saluator hisce duabus parabolis insinuare voluit, se primo lucernæ comparans, ex qua tota in nos lux emanat, deinde rationis lumen, quod in mentibus hominum splendere videtur, etiam lucernæ conferens, quæ viam nobis (si clara & perspicua sit) ostendit. Sed quam apte Saluator lucernæ comparetur videamus. Lucernæ ex oleo, vel excera, si ignis applicetur, aut flamma, accenditur, totamque domum, in qua est, illustrat. Sic humanitati Christi ignis diuinitatis applicatus per unionem personalem ipsam incendit. Ita dicebat Esaia 10. Erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma. Quasi dicat. Lumen in Ecclesia, quæ per Israel significatur, veluti in igne erit, & sanctus, scilicet Dei filius, erit veluti in flamma, quæ applicata humanitati ipsam quasi lucernam accendet. Quam quidem non abscondit quia non fuit expediens Salvatore solitariam vitam agere, neque in confragosis deserti recessibus commorari, sed communem vitam

psal. 110.

Eccl. 31.

Nemo accedit lucernæ.

Esa. 10.

Et in abscondito promittit.

vitam agere debuit. Erat enim mundi præceptor. Eius ergo doctrina minime occultari debuit. Erat etiam Medicus, & ita oportuit ipsum inter infirmos commorari. Erat etiam Dei, & hominum mediator, facilem ergo ad se hominibus accessum præbuit, vt facilem etiã ipsos ad Deum accessum habituros ostenderet. Magna differentia est inter particulares Duces exercitus, & supremum Ducem, qui cum Imperio toti exercitui præest. Christus supremus erat omnium fidelium Dux; alij vero particulares. Et ideo Ioannes Baptista in deserto commorabatur, & alij multi: Saluator vero omnibus officia distribuere debebat, & cuiusq. status homines ad beatitudinem dirigere, & ideo cum omnibus eum publice conuersari oportuit, vt omnibus prodesset ea propter pater eum in mūdo quasi lucernam accendens, minime abscondit, sed super candelabrum excellentiæ capitis posuit, vt omnes illuminaret. In tēplo ante tabernaculum foederis post velum lucerna perpetuo accensa erat. Ita in Ecclesia Saluator, veluti lucerna super candelabrum splendet. Et ij soli eius lumen aspiciunt, qui Ecclesiam ingrediuntur, reliqui tenebris obuoluuntur. Cum totum Ægyptum palpabiles tenebræ occuparent, Hebræos in terra Iesse splendidiſſimus fulgor illuminabat. Ita cum omnes illi qui extra Ecclesiam sunt, obscuriſſimis errorum tenebris inuoluantur, fideles, qui in Ecclesia sunt, omnes illuminantur. Ideo dicebat Paulus 2. Cor. 4. Si coopertum est Euangelium nostrum, in iis, qui pereunt, opertum est, in quibus Deus huius sæculi excæcauit mentes in fidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi

Sed super
candelabrum
Leu. 27.

2. Co. 4

Christi, qui est imago Dei, Dixerat Apostolus Iudæis ante aduentum Christi omnia velata fuisse, in cuius signum cum legebatur Moses velum positum erat &c. Christus vero velum abstulit, quia sicut lucerna super candelabrum omnes illuminavit. Et suis etiam publice prædicare præcepit, cum dixit. Nihil opertum est &c. Luce. 8.
Math.
10. Et quod in tenebris audistis, in lumine dicetur. Si forte vero Evangelium veritatis Christi opertum est, tolis illis, qui percunt, quia non credunt, coopertum est, quia Diabolus illorum mentes excæcavit, vt non fulgeat illis claritas veritatis Euangelij. Econtra vero fideles, qui Ecclesiam ingressi sunt omnes illuminantur. Sicut dicebat Paulus 2. Thimo. 1. Manifestata est autem nunc per illuminationem Salvatoris Iesu Christi, qui destruxit mortem, illuminavit autem vitam, & incorruptionem per Evangelium, in quo positus sum ego prædicator. Loquebatur Paulus de gratia Dei, quæ ab æterno non fuit manifestata. Sed tempore Christi, per cuius illuminationem innotuit, ipse autem mortem destruxit, & vitam illuminavit, id est quasi lumine declaravit, & ad Colo. 1. Dignos nos fecit in partem 2. Ti-
mo. 1.
Collo. 1 fortis sanctorum in lumine. Quæ autem de infidelibus diximus, de fidelibus, qui pravis operibus incumbunt, dicere possumus, si per lumen gratiæ Christi gratum facientem intelligimus, homines enim, quanuis lumine fidei collustrati sint, si peruerse viuant nequaquam a Christo lumine gratiæ illuminantur, sed peccatorum tenebris inuoluuntur. De quibus dicebat Iob. 14. Iob. 14. Ipsi rebelles fuerunt lumini. Quasi dicat. Nō solū nō illuminantur, sed suis pravis operibus lumini resistunt. Quibus etiā X
dicebat

Ephes. 5.

dicebat Paulus ad Ephes. 5. Nolite communicare operibus in fructuosis tenebrarum, magis autem redarguite, quæ autem in occulto fiunt ab ipsis, turpe est dicere. Omnia vero quæ arguuntur, a lumine manifestantur, omne enim quod manifestatur lumen est. Propterea dicit. Exurge, qui dormis, & illuminabit te Christus: Quasi dicat. Operibus pravis quæ tenebrarum sunt nequaquam communicare oportet, sed ea potius redarguere: quod vero ipsis non sit communicandum, ostendit Paulus, quia a deo turpia sunt, quæ in occulto a prave operantibus fiunt, ut turpe etiam sit dicere. Quod autem redarguere ea oporteat, ostendit: quia qui in gratia sunt, lux veluti sunt, & lux manifestare solet, & hoc officium redarguendi in scriptura explicatur, cum dicitur. Exurge qui dormis &c. Quo vero scripturæ loco ista contineatur non explicat Paulus

Esa. 50. forsã Esa. 50. & 60. Vbi dicit Esa. Quis ambulat in tenebris, & non est lumen ei, speret in Domino. Deus enim est qui illuminare potest sua gratia. Sic Paulus ad Ephe. 1.

Ephes. 5. Non cesso pro vobis gratias agens, memoriã vestri faciẽs in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi pater det vobis spiritum sapiẽtię, & revelacionis in agnitionẽ eius illuminare oculos cordis vestri: observa, quas partes oratio Pauli habuerit. Primo gratias agit pro collatis donis Ephesiis, postea pro eis petit, Deum qui (ut in multis codicibus habetur) pater est Christi, ut eis det donum Spiritus sancti, quod est sapiẽtia, & det eis oculos cordis illuminatos. Quẽadmodum enim corpus oculos habet, ita & cor oculos habet, scilicet rationẽ. Et sicut corporalis oculus est veluti lucerna corporis, ita ratio est

est lucerna vitæ: quia lucerna ostendit vbi pedes figere debeamus, ita corporalis oculus ostendit viam ad incedendum corpori, & ratio etiam ostendit menti quid agere debeat. Sic Prouer. 14. In facie prudētis lucet sapientia. Et Ecclesiastici 8. Sapientia hominis lucet in vultu eius. Et quemadmodum si oculus corporalis lipitudinis vitio laboret, vel ex mixtione pulueris turbetur, pedes, & alia corporis mēbra dirigere non valet, ita mentis oculus, scilicet ratio, si depræuetur, vel ex admixtione temporalium offuscetur, cespitare nos etiam in operibus facit, imò omnia nostra opera tenebris inuoluit: Si autem recta sit ratio, & sine admixtione turpium pura sit, tota nostra conuersatio, & operum congeries pura erit.

Pro. 14.

Ecclesiastici.
8.

Id Saluator insinuare voluit, cū dixit. Si oculus tuus fuerit simplex, id est si ratio recta, & pura fuerit, tota operū cōgeries recta erit. Quia simplicitas id significare videtur, cū scilicet pure, & sine cōtrarij admixtione in Deū fertur. Quod sapiēs explicare voluit cū dicebat. Sa. 1. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illū. Id est de Deo cādide, & in bonitate, sine aliqua prauæ rei admixtione, sentiendū est, & cū cordis simplicitate hoc est puritate. Res quo magis immateriales, eo simpliciores, & quo simpliciores, eo perfectiores iudicantur. Elementa compositis rebus simpliciora sunt. Terra quia materialis maxime est, imperfectior iudicatur, aqua quia terra simplicior, eo perfectior; Aer simplicior Aqua ignis simplicior Aere; Cæli simpliciores igne, anima humana simplicior cælis, Angeli simpliciores, & puriores anima, Deus vero longe perfectior

Si oculus tuus fuerit simplex.

Sapi. 1.

X ij finis

simus, quia caret omni compositione ideo simplicissi-
 mus, quia quamuis Angeli simplicissimi sint, tamen in
 eis est compositio esse & essentiae, actus & potentiae, in
 Deo vero nulla est, quia est actus purus. Sic igitur mens
 hominis, seu rationis oculus quo simplicius in Deum
 fertur, sine admixtione rerum corporalium quibus di-
 strahatur, eo perfectior est, & purior: ex qua mentis pu-
 ritate tota nostrorum operum congeries, lucida red-
 ditur. Quia cum actus nostros dirigat, si recta sit, actus e-
 tiam recti sunt. Ita Pro. 11. Simplicitas iustorum diriget
 eos. De hac cordis puritate Paulus loquebatur. 2. Co. 1.
 Gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostrae,
 quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in
 sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in
 hoc mundo: ac si dicat. Sola nostrae gloriationis causa
 est testimonium conscientiae nostrae, quia coram Deo
 & hominibus in simplicitate & sinceritate sine admix-
 tione terreni affectus, & cum Dei gratia conuersati su-
 mus in hoc mundo, non sapientia carnali, quæ ad car-
 nalia inclinare solet. Est enim sapientia carnalis error
 in ratione, qua homines ad temporalia & commuta-
 bilia conuertuntur, relicto incommutabili bono: ea
 enim homines, quæ carnis sunt, sapiunt, & non quæ Dei
 sunt. De his dicebat Paulus 2. Cor. 1. Timeo, ne sicut ser-
 pens decepit Euam, ita corrumpantur sensus vestri, ut
 decidant a simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Eua qui-
 dem seducta est, quia viso delectabili pomo, Diabolo
 suggerente, propter eum incommutabile bonum re-
 liquit: Ita peruersi homines, quorum sensus errore ra-
 tionis corrumpuntur, terrenum bonum eligunt, & ita
 decidunt

Totum
 corpus
 tuum lu-
 cidum
 erit.
 Pro. 11.
 2. Co. 1.

2. Co. 1.

decidunt a simplicitate cordis, iudicantes, ratiocinatione practica secundum hic & nunc potius & melius esse tale bonum habere, quam Deum. Hoc iudicium a Christo oculus nequam dicitur. De quo ait Ecclesiasticus 31. Nequius oculo quid creatum est? quasi dicat. Rationis lumine deprauato quid nequius ex cogitari potest? Deum enim prauibus rebus contemnit. Quamnis enim rationis oculus speculatiue intelligat Deum omnibus rebus potiozem, practice vero secundum hic & nunc (vt Theologi dicunt) passione ratione perturbante vilissimas res Deo præponit. Pars enim sensilis vehementi sensorio affecta, post seratione trahit, & ipsam nequissime iudicare facit. Sic dicitur Ecclesiastici 17. Quid lucidius sole, & hic deficiet, quid nequius quam quod ex cogitauit caro & sanguis? Sicut sol in mundo, ita ratio in homine, quæ ipsum veluti sol illuminat, sicut ergo sol æclipatur ita rationis oculus in homine obtenebrescit, ex quo sequitur carnem & sanguinem preualere, & cū præualet, quid nequius, quam quod ipsa excogitauit? profecto nihil iniquius ex cogitari potest, nam Deum vilissimarum rerum gratia flocipendit. Talem auarus nequitiam committit, qui vile lucrum Deo præponit. Id ipsum luxuriosus, qui Amatam Deo incundiorem cæco rationis vsu iudicat. Similiter alij prauis homines, qui in uerecunde a Deo recedentes corruptibilibus minimeq. duraturis rebus coniunguntur. Hæc est illa magna Hieremiæ exaggeratio cap. 2. Obstupescite cæli &c. Tale enim est hominum flagitiū & talis incogitātia vt obstupescere cælos facere possit, cū enim Deus

Ecclesi. 31.

Si autē
nequam
friunt.

Ecclesi. 17.

Hier. 2.

fons sit aquæ viuæ, ipsum homines contempnentes cisternas vitiorum magno labore excauant, quæ præterquam quod non satiant, aquas delectationum continere nō possunt. Id ipsum Ezech. 13. exaggerabat Deus dicens. Violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis: interficiebant animas, quæ non moriuntur, & viuificabant animas, quæ non viuunt. Quasi dicat tanta est prauorum hominum in cogitantia, adeoq. illorum rationis lumen deprauatum est, vt non erubescant me violare, etiam publice coram populo, pro re vilissima scilicet pugillo hordei & panis fragmento. Ita enim homines facile Deum contempnunt, vt pro fragmento panis facere videantur, delectationes enim quas sensualitas offert, fragmento panis comparari possunt. Et cum disceptatio sit inter sensualitatem & rationem, inter brutalem animam & rationalem, potius sensualitati assentire volunt, & eam veluti viuificare, cum in perpetuum viuere non possit, quàm intellectualem quæ mori non potest, hancq. quantum in se est occidunt, quia vitam ab ea separant nempe Deum. Et cum rationis lumen præualere debuisset, sensualitas ipsum offuscans post se trahit, ita vt bonum malum iudicet, & amarū dulce. Hoc est quod Naas Amonites viris labes Galaad efficere volebat, nempe eruere oculos dextros rationis, & relinquere sinistros sensualitatis, vt perperam iudicarent quod diabolus in homine efficit. Zachariæ 11. Obtenebrescet oculus dexter eius. Nempe vt non sensilis pars rationem, sed ratio sensualitatem sequatur. Contrarium suade

suadebat Saluator Mattheæ 5. Esto consentiens aduer- Matt. 5.
 sario tuo cito, dū es cum eo in via, ne forte tradat te
 aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in car-
 cerem mittaris. Amē dico tibi, non exies inde, donec
 reddas nouissimum quadrantem. Quæ verba Christi
 grauiissima sunt, & ad propositum accomodata. Sinde
 resis & rationis lumen sensitivo appetitui aduersatur,
 semper enim ratio in communi contrarium suadet.
 Quamdiu ergo sumus in hac vita, (ait Christus) quæ
 via est, oportet, rationi, quæ inimica est & contra sen-
 sualitatem, consentire bonum suadenti, alioquin ra-
 tio nos iudici tradet, quia propria cōsciētia nos corā
 Deo accusabit: iudex vero nos tartareis ministris tra-
 det, qui nos ad inferni carcerem deducent. Et ista Dei
 sententia iustissima est, quia si prauus homo pro re vi-
 lissima, & temporali, Deum cōtempserit æternum, iustū
 est, vt æternaliter puniatur: & qui deprauato rationis
 lumine iudicat secundum sensualitatis appetitum, tē-
 poralem rem Deo potiolem, iustissime pro temporali
 peccato æterna pæna cruciatur. Id est quod Deus di-
 cebat Esa. 65. Faciebatis malum in oculis meis, & quæ Esa. 65.
 nolui, elegistis, propter hoc hæc dicit dominus. Serui
 mei comedent, & vos esuriētis: serui mei bibent, &
 vos sitietis &c. Quæ Dei verba grauiissima sunt ac fidi-
 ceret. Quia corā oculis meis malū operabamini, & e-
 legistis per deprauatum rationis oculum ea, quæ ego
 nolui, scilicet adulteria, comestiones, furta &c. Quæ
 ego detestor. Ideo in beatitudine serui mei comedēt
 in mensa conuiuij mei, & vos in inferno esuriētis, ipsi
 bibent, & vos sitietis, ipsi laudabunt præ gaudio, vos au-
 tem præ dolere vlulabitis &c.

E C C E

E C C E qualiter Deus eos, qui deprauatum habent
 rationis lumen, puniat, & quæ mala ex ipso sequantur
 propterea dicitur Ecclesiastici 31. Memēto, quod malus
 est oculus nequā. Qui loquēdi modus apud Hebræos
 ad exaggerandum adduci solet, sicut illud. Qui inuenit
 mulierem bonam inuenit bonum; ita malus est oculus
 nequam, id est omnibus modis pessimus; sic depraua-
 tum rationis lumen pessimum est, quia propter ipsum
 tota operum nostrorum congeries tenebrosa reddi-
 tur. Quia sicut oculus cæcus corpus tenebrosum red-
 dit, ita rationis lumen deprauatum totius nostræ con-
 uersationis corpus, quod ex variis operibus quasi ex
 membris constat, tenebrosum efficit. Ita Saluator
 Matth. 6. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sint, ip-
 se tenebræ quantæ erunt. Ac si diceret. Si rationis lu-
 men in te, quod tua opera dirigere, & illuminare oportebat,
 in tenebras conuertitur, ipse postea actionum tenebræ
 quantæ erunt? Quasi dicat. Magnæ; quia omnia
 opera tenebrosa redduntur, quæ Paulus enumerat ad
 Rom. Abiiciamus ergo opera tenebrarum &c. Sic ut
 in die honeste ambulemus non in comessationibus
 & ebrietatibus &c. Ista omnia a cæco rationis oculo
 procedere certū est. Id est quod Psal. dicebat. Obscu-
 rentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum sem-
 per incurua, quia si rationis oculi per falsam estima-
 tionem obscurantur, dorsum etiam operum adimain-
 curuatur &c. Sed clarius. Posuisti tenebras, & facta est
 nox, in ipsa pertransibunt omnes bestię siluæ. Positis
 namq. in mentis oculis tenebris, in mentis oculo nox
 sequitur, scilicet magnæ tenebræ, & tunc peccata per
 animalia

Etiam
 corpus
 tuum te-
 nebro-
 sum erit

Matth. 6.

Roma.

Psal. 86.

Psal. 103.

animalia significata per transeunt. Cum ergo tantæ tenebræ ex mentis cæcitate sequantur, attendendum est ne lumen quod in nobis est tenebræ sint. In nostra enim potestate est lumen indeficiens conseruare cum gratia Dei. Peruersi vero homines, rationis lumen in tenebras conuertunt. Ita dicebat Iob. Quoties lucerna impij extinguetur? Nam quoties ratio a passione vincitur, & id quod peius est, eligit toties eius lucerna extinguitur, & rationis lumen in tenebras vertitur. De quibus dicebat Apostolus ad Eph. 4. Testificor, vt iam nō ambuletis, sicut gentes ambulant &c. Tenebris obscuratum habentes intellectum &c. Hanc autem mentis cæcitatem in peccati pœnam Deus homines habere permittit. Sicut dicitur Sopho. 1. Tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt. Ex multiplicatis enim peccatorum actibus, cæcitas mentis prouenit. Philistei Samsoni oculos eruerunt, sic Deo permittente Diabolus multis oculos effodit. Sic Esa. de Iudæis dicebat 59. Propter hoc elongatum est iudicium a nobis: expectauimus lucem, & ecce tenebræ, splendorem, & in tenebris ambulauimus, palpauimus vt cæci parietem, & quasi absq. oculis attrectauimus. Longe quidem est iudicium ab iis, qui rationis vsum deprauatum habent, quia malum bonum iudicant, atq. vt cæcutiētes palpant &c. Et cum ab omnibus eorum prauī mores videantur, ipsi se ipsos præ cordis cæcitate cognoscere non valent. Imó in rebus manifestissimis eos exorbitare videas, sicut ipse Esa. ibidem ait. Palpauimus in meridie quasi in tenebris &c. Ex his interioribus tenebris peruersi homines in tene-

bras

Iob. 21.

Eph. 4.

Soph. 1.

Esa. 59.

bras exteriores inferni mittantur, sicut multoties in Euangelio repetitur. Et id iustissime profecto, quia qui toto suæ vitæ tempore tenebris peccatorum inuolutus est, quod ab his ad alias rapiatur, meretur. A quibus studiosi homines liberi euadunt, sicut dicebat Paulus. 2. ad The. 5. Vos autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies illa tanquam fur comprehendat, omnes enim vos filii lucis estis. Quasi dicat. Qui in tenebris peccatorum versantur, merentur, ut repente ad inferni tenebras rapiantur, vos autem filij lucis estis, & è regione clarissimi eritis; quia quantum tenebrarum in illis, tantum in vobis splendoris apparebit. Ita dicitur Ecclesiastes 5. Vidi, quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum distat lux à tenebris. Stulti enim tenebrofi, sapientes autem lucidi, & splendentes sunt. De quibus Saluator. Si autem corpus tuum totum lucidum fuerit non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum. Quia bonum est ex integra causa, si enim studiosi aliqua corporis pars obtenebrescat, scilicet quia aliquod in ipso prauum opus reperitur, tali nomine gaudere non potest. Sed oportet omni ex parte lucere, ita quod nullum in eo opus tenebrosum sit, sed totum corpus id est tota conuersatio, ex diuersis operibus constans clara sit. Ita Dauid dicebat. Reuela Domino viam tuam, & educet quasi mane iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem. Iustitia communis est virtus omnes alias complectens si ergo (ait Dauid) coram Deo recta fuerit via tua educet iustitiam tuam quasi lumen, quo illuminaberis, & quasi meridiem, quia in meridie omnia

nia perspicua sunt, ita in perfectorum vita omnia splē-
 dent, sicut in meridie. Sic etiam dicebat Esai. 55. Im- Esa, 55
 pleuit splendoribus animam tuam. Quia Deus re-
 quem concedit suis electis, & eorum animas splen-
 doribus, id est bonis operibus eos illuminantibus re-
 plet, bona siquidem opera studiosos homines illu-
 stres, & splendentes reddunt sibi ipsis & aliis. Quam-
 vis hic Saluator de vniuscuiusq. splendore loqua-
 tur, quo quilibet illuminatur. Id enim illa verba signi-
 ficant, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te, scilicet Sicut lu-
cerua
fulgoris
&c.
 non erit lucens quasi illuminans alios, sed talis erit ho-
 rum bonorum operum lux, sicut lucerna quæ suo ful-
 gore illuminat se. Huiusmodi erant confessores Ana-
 choretæ, qui in confragosis deserti recessibus abditi,
 taliter abstinentiis, & orationibus conversabantur, ut
 illorum vita splendoribus virtutum illustris esset ip-
 sosq. sicut lucerna splendens illuminaret. Quos po-
 stea Deus ab antris eductos, in medio ad alios illumi-
 nandos sistebat, ex quibus multi Abbates, & mona-
 steriorum constructores exierunt. Prius igitur

vnusquisq. in se ipso splendere studeat,

& sic alios poterit illuminare,

clarum habere studeat

mētis oculum, &

omnia in ipso

splende-

bunt.

Y 2

SVIS

¶ QVIS VOLENS TURRIM
 ædificare non prius sedens computat
 sumptus &c. Quis Rex iturus ad
 bellum aduersus &c.

Luce. 14.

VTRIVSQUE parabolæ idem est scopus expli-
 cauerat Saluator arduum negotium esse fieri ip-
 sius discipulum, & quæ ad illud necessaria sint, nunc his
 duabus parabolis ostendit debere vnum quemq. se
 prius examinare, viresq. suas respicere, & metiri ante-
 quam illud aggrediatur. Admonetq. Christus vt eam
 prouidentiam circa diuina negotia habeamus quam
 homines circa humana habere solent. Quemadmo-
 dum enim qui ædificare Turrim vult (si prudens est) an-
 tequam ædificare incipiat sedens prius computat sum-
 ptus in ea ædificanda expendendos, & si deprehendat
 res suas non suffecturas, abstinet, ne si incipiat ipsam
 construere & pro inopia cesset sumptus perdat, & a-
 lli ipsum irrideant. Et sicut Rex quispiam expeditas co-
 hortibus aduersus alium Regem ducons, eas prius quàm
 hostibus obiiciat recensere solet, vidensq. se imparẽ
 ad impressionem inimici sustinendam, confestim de
 compositione & pace agere incipit. Ita qui militare tẽ-
 plumq. Christo ædificare vult, animi sui vires prius sup-
 putet ne postea occasione oblita ab incepto desistat.
 Turpe enim est homines qui in leuissimis nulliusq.
 ponderis negotiis adeo sunt prudentes, & astuti vt in

gra-

grauissimo negotio capeffendo incauti inueniantur. Sed quanuis omnes parabolarum partes, vt superius diximus explicare nō sit necesse, id nos quoad fieri potuit in sequenti contione aptare studuimus.

C O N C I O.

INTE R ea quæ hominibus cautiore cōsilio inuestiganda sūt, potissimū cōnumerari debet status electio secūdū quē vitā instituire oportet. Multi enim quia per incogitantiam citra delectum, statū normāq. viuendi ælegerunt, in varia corporis, & animæ discrimina inciderūt. Adeo namq. suis moribus suoq. genio dissimilē statū vitæ sibi præstituerunt, vt totam pene vitam quærelis tristitia, & desperatione plenis absumāt. Ita vt de statibus dici possit, quod Poeta dicebat. Nemo sua sorte contentus viuit. Coniugati, qui se tot curis implicitos vident, quibusq. vna quæq. dies suā afert animo caliginem, beatos regulares vocant qui tot curis absoluti vitā degūt. Clerici qui se Dei seruitio mācipatos vidēt, ideo q. se beatiore iudicari deberent, secularibus inuident. Regulares quos ieiuniorū & obiētię satietas cępit, multoties vidimus tāte austeritatis sero pertesos, proprij decoris, imo voti ad Deū emissi obliti a se monachatus iugū excusisse. Tātorū uero malorū causa incogitātia est, & quia suo genio suisq. viribus, nequaquā accomodatū viuēdi statū elegerūt. Si ergo ad statū viuēdiq. normā eligēdā cautio requiritur, ad perfectionis statū assumēdū, quo nō solū

Y iij

præcepta

præcepta sed consilia seruare oportet quæ consultatio
 requiretur? Propterea dicebat David, cogitavi vias
 meas & conuerti pedes meos in testimonia tua: quasi
 diceret. Prius vires meas, genium, & mores considera
 ui, quam pedes meos ad arripiendum statum, quo te-
 stimonia custodirem conuerterem. Hoc est quod Sal-
 uator duabus parabolis propositis insinuare voluit,
 quarum scopus est, edicere ponè se ire volentibus, ne
 temere perfectionis statum assumant, ni prius se suosq.
 mores, & vires quasi sumptus, & exercitum enumeret,
 ne si forte ceptis viribus deficientibus desistant, à vi-
 dentibus irrideantur, aut à diabolo victi succumbant.
 Sed quanuis verba Saluatoris quæ parabolas præce-
 dunt, omnibus fidelibus aptari possint, sicut quidam
 interpretantur illud. Non potest meus esse Discipulus
 id est Christianus. Sed melius de perfectionis statu con-
 silia etiam compræhendente intelliguntur. Quia para-
 bolas istas Christus veluti consequenter ad confirman-
 da prædicta verba adducere videtur, & illud. Non po-
 test meus esse discipulus intelligitur de discipulatu
 Apostolorum, & septuaginta, & successorum. Hunc er-
 go statum descripturus Saluator prius impedimenta
 remouet, dicens ad eos qui pone se ibant. Siquis venit
 ad me. Id ipsum dicebat Sapi. Pro. 4. Viam sapientiæ
 monstrabo tibi, & duxite per semitas æquitatis, quas
 cum ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, &
 currens non habebis offendiculum. Vera sapientia
 quam seculares homines, imò magni Philosophi non
 inuenerunt est perfectionis via, hanc Saluator osten-
 dit, dicens. Siquis venit ad me &c. Istæ sunt æqui-

tatis semitæ quia omnia quæ a Deo accepimus ipsi deuouemus, quicumq. hanc viam ingrediuntur, libere, & sine eo quod gressus eorum arctentur, procedunt seculares vero multis in via diaboli laqueis irretiti detinentur. Qui vero viam quam Saluator ostendit ingressi fuerint, current per eam sine offendiculo. Præcipua vero huius viæ impedimenta sunt parentes, vxor, filij, fratres, & amor proprius. Solent enim carnales patres filiis impedimento esse cum perfectionis viam ingredi volunt, si quem enim ex filiis ingeniosum viderint, secularibus ipsum potius negotiis applicare volunt quam Deo. Huiusmodi parentes quamuis alias amandi sint, vt patres, eatenus odiendi sunt quatenus viam ad Christum impediunt. Vxores vero non offendicula solum, sed peccandi causa viris suis multoties sunt, sicut Eua, Adâ, Iesabel, Acab, Herodias, Herodê ad peccandû impulerunt. Istæ taliter odiendæ sunt, vt nec eas ducere vir perfectus debeat. Filij etiam parentibus occasionem dare solent Deum offendendi, vt enim eos diuites relinquunt, non verentur diuitias auare etiam cum vsuris congregare. Amor etiam filiorum inordinatus, amorem Dei extinguit, odio igitur habendi sunt filij & fratres, quamuis alias amandi, dummodo per eos via ad Christum minime impediatur. Vacca quæ portabant 1. Reg 6 arcam foederis à terra Philistiim ad terram Israel. Ibant quasi auulfa à suis filiis, & quamuis mugirent per viam semper in directum pergebant, non declinantes ad dexteram, neq. ad sinistram: Ita etiam qui iugum Christi ferunt quamuis amore naturali

Y 4

mugiant.

mugiant pro filiis, aut fratribus, aut consanguineis, nequaquam viam Dei relinquere debent, sed in directū procedere, non declinantes ad dexteram per prosperitatem, neq. ad sinistram propter aduersitatem. Ita

Pro. 4. Dirige semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabiliētur, ne declines ad dexteram neq. ad sinistram.

Timo. 5. Et Paulus, Ti. 5. Testor coram Deo, & Christo Iesu, vt hæc custodias sine preiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. Præcepta enim Christi, & Apostolorum sine præiudicio amoris paterni & filiorum, & vxoris & fratrum seruari debēt, dummodo nihil faciamus declinantes ab eis, sed directè in via Dei procedere debemus. Taliter vt non acquiescamus Dei offensæ propter eos. Præcipuum vero horum impedimentorum, quo multi à via Dei abstrahuntur, est amor proprius, & ideo præter ista etiam vult saluator, vt animā odio habeamus. Animæ vero nomine sensilis pars intelligitur, quam tunc odio habent homines cum taliter cum illa se habent, qualiter cum iis quos odio habent. Quando enim aliquis odio habetur, quecunq. ab illo proferuntur in malam partem interpretari solent, sicut plerosq. videas ita alios odio prosequi, vt omnia sinistre interpretentur, quæ illi dicunt. Ita etiam sensualitas odio haberi debet, vt quæcunq. nobis ipsa proponit, in malam partem interpretemur, neq. ipsam audiamus, præcipiebat Deus, ne nimiam Iudæi familiaritatē cū cognata haberēt. Vxor nostra ratio est, soror eius est sensualitas, cum qua non est familiaritas habenda, sed eius petitiones post habendæ sunt, & respiciendæ, & semper in malam partem interpretandæ, quia

quia in nostram pernitiem tendunt. Præterea qui aliquem odio habet, si per callem eum venire viderit, alio ipse conuertitur, ne ipsi obuiam veniat, ita nos sensualitatem odio sancto prosequimur, si alia via incedimus, & non qua ipsa incedere vult, sensualitas enim lata & spatiosa via quæ ad perditionem tendit incedere vult, nos contra per arctam perfectionis viam incedamus. Sic dicebat Saluator Matt. 7. Intrate per angustam portam quia lata porta & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem &c. Quam angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam &c. Per viam vero & portam idem Saluator intelligit, quia per angustam portam studium virtutum intelligit, per spatiosam vero peruersam viuendi rationem intelligit. Quod vero virtutum via stricta sit apparet, primo quia paucos admittit si ad eos comparentur qui vitiis seruientes alia via gradiuntur, & quia paucos admittit magno conatu opus est ad intrandum ideo ait. Contendite. Dicitur etiam arcta virtutis via quia circa difficile versatur, vel etiam quia non admittit humano fastu elatos. Sed proprie arcta dicitur virtutis via si sensualitatis impulsus consideremus, quibus ad vitia potius, & ad luxum inclinamur & multi illorum dulcedine allekti rapiuntur, quia corrupta est sensualitatis natura, si ergo odio habetur eius via declinanda quæ ad perditionem ducit. Ista sunt viæ impedimenta quæ ad Christum pergentibus opponuntur ideo remouenda sunt sicut Esaia cap. 57. dicebat. Viam facite prebete iter declinate a semita, auferte offendicula de via populi mei, ac si dicat. Ambulate per viam iustitiæ, declinate a semita mundi & vitiorum,

Z quam

Matt. 7.

Esa. 57.

quam vobis sensualitas offert, & auferte offendicula
 viæ electorum, scilicet amorem parentum inordina-
 tum, & filiorum & sensualitatis. Ista impedimenta spi-
 rituales homines facile tollunt, pusillanimes vero ip-
 sis occurrentes quandoq. retrahuntur. Sic dicitur Pro.
 15. Iter pigrorum quasi sepes spinarum, viæ iustorum si-
 ne offendiculo: pigris enim hominibus qui laborare
 recusant, quasi spinarum sepes occurrit quibus strin-
 guntur scilicet inordinatus rerū carnaliū amor. Iusti au-
 tem qui fortes sunt omnibus iis contemptis quasi sine
 offendiculo ambulāt. Spōsa pro sponso patrē & matrē
 & fratres & consanguineos relinquit, quid mirū si ani-
 ma id pro cælesti sponso efficiat? Sed non solū auferre
 impedimenta oportet, sed operibus arduis, & labori-
 bus incūbere, vt Saluatorē sequamur. Si enim ipsum in-
 ternè amamus amor iste ostēdi debet, crucē simul tol-
 lendo, id est carnem cruatibus & tribulationibus ex-
 ponendo, ita vt penè insensibiles, & mortui quasi cru-
 cifixi iudicemur. Ita dicebat Paulus ad Romanos 6.
 Si enim cōplantati facti sumus similitudini mortis eius
 simul & resurrectionis erimus. Notanda vero sunt al-
 tissima Pauli verba, Christus se arbori comparauit cū
 dixit. Si in viridi ligno hæc faciunt &c. Si ergo (ait Pau-
 lus huic viridi ligno pereunti, & morienti complanta-
 ti id est inserti fuerimus, similes ei facti per tribulatio-
 nes & labores, cū idē Christus noua & incorruptibilis
 arbor surrexit, ipsi etiā inserti resurgemus. Ac si dicat.
 Si inserti ipsi eius nos morti & cruci per tribulationes
 assimilati fuerimus, similes ei etiam erimus in resurre-
 ctione, Sed id apertius 2. ad Timo. 2 dixit. Si cōmortui
 sumus

sumus & conuiuemus, si sustinuerimus & conregnabimus. Ita etiam ad Romanos 8. Heredes quidem Christi Rom. 8. si, si tamen compatimur vt glorificemur. Hoc est crucem post Christum ferre, passiones tam contra honorem, quam contra vitam, si inferantur patienter ferre, & quasi insensibiles fieri. Sicut Paulus dicebat ad Gal. Gala. 5. 5. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt, cum vitiis & concupiscentiis &c. Id est carnem suā tribulationibus, & cruciatibus exposuerunt, taliter enim qui sunt Christi discipuli examinantur. Sic dicebat Ecclesiasti. 4. cap. Si crediderit ei, hereditabit illam et erunt in confirmatione creaturę illorum, quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eliget eum timorem, & metum, & probationem inducet super eū, & cruciabit illum in tribulatione doctrinę suę. Ac si dicat (vt Lyranus exponit.) Si sapientię diuinę homo Lyra. crediderit, illam in beatitudine hereditabit, & opera talium quicumq. fuerint erunt in bono confirmata, & in tentatione cum ipso adest eum adiuuans ne succumbat, & inter suos electos illum enumerat, dat ei timorem filialem vel timorem ofensę, & metū gehēnę, & immixtis tribulationib⁹ ipsum cruciat, id est crucem ferre facit, dicitur vero ista tribulatio doctrinę suę, quia vexatio dat intellectum, & ita Saluator per crucem suorum intellectum illustrat, vt eius discipuli esse mereantur.

SED vt ostēderet tale discipulatū, rē arduā & difficile esse, & multis imparē, & propterea nō temere a populariū quouis aggrediendam, nisi prius caute pensetur duas accomodatissimas parabolas proponit, quib⁹

docet, debere se vnumquemq. prius examinare, ante quam perfectionis statum assumat qui per turrim significatur. Quemadmodum enim turris seu domus hominem securum continet ita perfectionis status homines securos munitos, & inuictos retinet contra Demum insultus, ita vt nequaquam in prædam hostibus cedant, quod bonum omnibus profecto, mundi delitiis & diuitiis præstat. Quid enim securitate melius? Turris David secura erat, ex qua pēdebat omnis armatura fortium ita perfectionis status fortis est, & securos viros spirituales continet sicut Esa. dicebat cap. 4. Super omnem gloriam protectio, & tabernaculū erit in umbraculum diei ab aestu, & in securitatem, & absconsionem a turbine. Magna quidem gloria est statum perfectionis aggredi, supra gloriam est protectio, quia spirituales viri suo statu proteguntur, & est tabernaculum ita forte, quod protegit ab aestu, & abscondit eos, & securos reddit a turbine quouis excitato, vel ab auaritia, vel a Demone vel a mundo, & carne. Sic etiam Sapi. 6. dicitur. Cogitare de illa sensus est consumatus, & qui vigilauerit propter illam securus erit, ille optime sentit qui de Sapientia vera cogitat, quæ in Dei cognitione, & amore cōsistit, & qui propter illā habēdā vigilauerit, id est si non pigritia torpeat securus erit. Ita etiam Pro. 15. Domus iusti plurima fortitudo. Hinc colligere licet popularium hominum intollerabilem errorem qui regulares, & moniales, perfectionis statum profitētes seruis similes esse dicunt, quod ob ebientia superiorum constringantur, monialesq. perpetua clausura fortissimis tepagulis clausæ teneantur. Cum voluntarie

id cle

Quis volens turrim ædificare.

Eanti.

Esa. 4.

Sap. 6.

Pro. 15.

id elegerint propter status securitatem. De quo Esa. 32. *Esa. 32.*
dicebat. Erit opus iustitię pax, & cultus iustitię silen-
tium, & securitas: iustitia (vt sepe diximus) com-
munis est virtus cuius opus pax est, cum vir per-
fectus talem rectitudinem habent, vt inferiores vi-
res rationi obediunt, colitur etiam iustitia silentio,
quia sine exterioribus tumultibus exercetur, & est
etiam securitas: Qui ergo securitatem desiderat,
iustitię, & perfectionis domum ædificet. Huius tur-
ris fundamentum fides est supra quam charitatis,
Spei, Obedientię, Paupertatis, Castitatis, & alia-
rum virtutum structura consurgit, quibus omnibus
adesse oportet Dei auxilium, quia sine eo vana ef-
set ædificatio, sicut ait David. Nisi Dominus ædifi- *Psal.*
cauerit domum &c. De hac ædificatione loqueba-
tur Christus Matthæ. 7. Omnis qui audit verba mea, *Matt. 7.*
& facit ea, assimilabitur viro sapienti ædificanti
domum suam supra petram &c. Quemadmo-
dum ædificatio non vna sed pluribus operibus perfici-
tur, ita spiritualis vita, non vna sed pluribus operatio-
nibus construitur. Sapiens supra firmum fundamen-
tum ædificat, stultus vero sine fundamento super ædi-
ficat. Et sicut prudens pluribus bonis operibus super
ædificat totam legem seruans: ita stultus super areno-
so fundamento inaniter ædificat. Sic Paulus 1. Corin. 3. *1. Cor. 3.*
Vnusquisq. videat quomodo super ædificet &. Huius
spiritualis ædificij fundamentum Christus est in nobis
per fidem & charitatem manens, quidam scilicet fa-
cientes virtutum opera super ædificant, quæ aurum &
argentū, & lapides pretiosi sunt, stulti autē sine charitate

verba Dei per fidē audiētes, veluti super arenā edificāt
 stipulā, foenū & ligna, eorumq. edificatio successib⁹ ma-
 nifesta erit, nā descēdēte pluuiā, & inūdātibus fluminib⁹
 & flantibus vētis (per quæ vndiq. occurrentia mala in-
 telliguntur nā pluuiā sursum, flumina ab imo, venti a
 latere perflant) stulti ædificium corrui, qui ad ostenta-
 tionem ædificauit. Sic dicitur Iob 8. Innitetur super do-
 mum suam, & non stabit, stulti enim innituntur super
 ædificiis sine fundamento, & non stant, quamuis ea ful-
 cire studeant. Ita Ecclesiastici 22. Sicut pali in excelsis,
 & cemēta sine impensis ante faciē venti nō permane-
 bunt ita cor timidū &c. Ecōtra vero sapiētis ædificiū su-
 pra firmū fundamētū constructū, minime quibusuis in-
 cōmodis superuenientibus corrui. Sic Pro. 22. Verte
 impios, & nō erunt domus autem iustorū perpetuę. Sic
 etiā Pro. 14. Domus impiorū delebitur, tabernacula au-
 tē iustorū germinabunt. Nā impiorū domus super arenā
 fundata corrui, iustorū vero tabernacula bonis operi-
 bus cōstructa germinare sicut herbæ videbuntur tātū ab-
 est vt corruant. Deniq. ex iis omnibus quę diximus ma-
 nifestū est illū spiritualis vitę edificiū firmū cōstruere qui
 cōstās est, illius vero edificiū corrui, qui perseuerātia ca-
 ret, de qua dicitur Ecclesiastici 27. Nisi steris in timore
 Domini cito subuertetur domus tua ad id ergo posite
 parabolæ intētio tēdit. Quicūq. enim spirituale edificiū
 ad perfectū adducere nititur prius sumptus, id est vires
 suas enumeret, & si impares tanto ædificio viderit me-
 lius est illud nō assumere, quā assumptū deficientibus las-
 situdine viribus, imperfectū relinquat, & ab aspiciētibus
 irrideatur, de quibus potest intelligi illud 2. Pe. 2. Melius
 erat

Iob. 8.

Ecclesia
stici. 22.

Pro 22.

Pro. 14.

Ecclesia
stici 27.Nonne
sedens
prius cō
putat
sūptus.

2. Pet 2.

erat illis nō cognoscere viā iustitiæ, quā post agnitā re-
trorsum conuerti, ab eo quod illis traditum est a san-
cto mandato. Qui vero diligenter suis viribus pensa-
tis, arduum perfectionis statum non temere aggrediū-
tur, vltimam ipsi manum per constantiā imponūt, & sic
nec a Deo, nec ab Angelis, nec ab hominibus irriden-
tur, de quibus Pro. 4. Iustorū semita vt lux crescēs vsq. Pro. 4.
ad perfectū diem, non enim iusti ab incepto desistunt
quousq. ad perfectū adducant. Animalia inquit Eze- Ezec. 1.
chiel non reuertebantur cum incederent. Quia spiri-
tuales viri semper incedunt de virtute ad virtutem pro-
gressi, & nunquam regrediuntur. Quibus dicebat Pau-
lus 1. Co. 15. Itaq. fratres mei dilecti stabiles estote, & im- 1. Co. 16
mobiles abūdātes in omni opere Domini sēper, sciētes
quod labor vester, nō est inanis in Domino. Taliter e-
nim virtutis viā, & statū perfectionis arripere debem⁹
vt nequaquā ab illo dimoueamur nec opus Dei relin-
quamus, certū est enim nostri laboris præmium.

SECUNDÆ etiam a Christo propositæ parabo- Quis
Rexitu-
rus ad
bellum.
læ idem scopus est, nam quemadmodum Rex cum a-
lio pugnaturus, vires suas prius & exercitū cōsiderat, &
si se imparem cognoscit, vel regreditur, vel de cōposi-
tione loqui per caduceatorē procurat: Sic etiā oportet
nos cū Diabolo cōgressuri (qui validius statū perfectio-
nis assumentes impugnat,) vires nostras quasi exerci-
tum considerare, ne si impares congregiamur, victi suc-
cumbamus. Regis ergo istius nomine fidelis quisq. in-
telligitur, quia seruire Deo regnare est. Sic 1. Pet. 2. Vos
autē genus electū regale sacerdotiū. Et Apo. 5. Fecisti nos
Deo nostro regnum. Quicunq. enim sibi suisq. passio-
nibus

nibus dominatur Rex dici potest, e contra vero vitiiis & cupiditatibus subditi, quibus inpotenter seruiunt, vernaculi profecto appellari debent. Alter vero Rex cū quo continenter præliamur, diabolus est, qui Rex dicitur super omnes filios superbię. Ita Paulus ad Eph. 6. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus. Ecce qualiter Paulus inimicos nostros depingit, hortatus fuerat Ephesios vt armaturam Dei acciperent aduersus insidias diaboli quia (inquit) nō est nobis pugna, aduersus carnis passiones tātū, vt gentiles volebant, sed aduersus Principes. Quatuor modis Paulus demones describit. Primo vocat eos Principes propter eminentiā naturæ, secundo potestates propter potentias, tertio vocat eos mundi rectores propter dominium quod homines vincendo acquisierant, demum vocat eos spiritualia nequitia propter summam malitiā. Aduersus hunc efferum lōgeq. acerrimum hostem nobis præliandum est, valde ergo necessarium est vires nostras quasi exercitum explorare, & cognoscere, & si decem milia tantum habemus temerarium profecto est ei occurrere qui cū viginti nullibus venit. Illi decem milia tantum habent qui vires se solummodo habere sentiunt ad decē præcepta | decalogi seruanda, talibus statum perfectionis assumere, non expedit, quia in eo statu positus cum eo qui cum viginti milibus venit præliandum est. Non enim de decem solum præceptis, sed de consiliis etiā eos tentabit. Qui ergo in seculo positi vix decem præcepta

cepta

cepta seruire possunt, qui potius multoties cum demone præliantes vincuntur. Quia temeritate perfectionis statum assumunt, in quo non præcepta solum, sed consilia eos seruire, & quasi cum viginti milibus præliari decet? Qui in sæculo petulantius viuunt, quomodo casti perpetuo esse poterunt? Qui secularibus magistratibus vix obedire possunt, quomodo Ecclesiasticis sub seuerissima disciplina obtemperare poterunt? Qui in sæculo positi lucris inhiant, & temporalibus commodis. Quomodo perpetuam sine proprio paupertatem seruabunt? Satius est profecto non assumere tale statum quam assumendo diabolo manus dare. Tales cum inimico de compositione agant, id est nequaquam in illo statu cum illo præliantur. Multi enim forsam si in sæculo remansissent, de diabolo triumphum reportassent, qui clerici vel regulares facti, a diabolo victi sunt, non enim eorum moribus aut viribus ecclesiastica statuta quadrabant. David se ad præliandum cum Gigante abtulit, quem cum Saul sua arma indueret, prouabat si taliter armatus incedere posset, quem cum sibi minime quadrare videret, ea est exutus assumptaque, pera, & funda lapidibusque, cum Gigante congressus vicit egregie, & gloriosum de eo triumphum reportauit. Ita etiam qui Ecclesiasticum vel regularem statum assumere volunt, prius videant si talibus armis incedere & præliari poterunt, non enim omnibus conueniunt. Propterea prius Episcopi ordinandis edicunt, quæ ab illis postea obseruanda sunt, tales enim vestes, tales mores requirunt. Prælati etiam regularium suum institutum assumere volentibus, mores & consuetudines edicunt, imò de iure illos suis vestibus quasi armis indutos annum probationis concedunt,

Aa dunt,

dunt, vt videant si taliter incedere possunt, sicq. armati præliari, & si quidem, esto, sin autem melius est vt assumptis sicut David suis armis, ad seculum redeant, & forte aliis armis melius præliabuntur victoriamq. de hoste reportabunt. Magna igitur nobis circumspectione opus est ad statum perfectionis eligendum, & qui circa humana negotia cauti esse procuramus, circa diuina, quæ ardua valde sunt, nequaquam improuidi sed circumspecti simus, vt assumptum munus ad perfectionem adducentes laboris præmium recipere mereamur.

AMEN AMEN DICO VOBIS
 nisi granum frumenti cadens in terram mortuū fuerit ipsum solum manet Ioannis 12.

CVM gentiles quidem desiderio videndi Christū tenerentur, sumpta ex hoc occasione cepit loqui de gloria sua post mortem & resurrectionem, quæ ex multarum gentium accessione per fidem nascitura erat, dicens. Cum Pharisæi me extinctum putabunt tunc amplius glorificabor per Resurrectionem & Ascensionem, & missionem Spiritus sancti, tunc enim nomen meum maxime celebre erit multis in me credentibus, qui fructus ex mea morte & passione consurget id ostendit frumētī parabola. Quemadmodum enim
 gra-

granū frumenti, solum & sine fructu manet, si nō mo-
 ritur, si vero in terra iactum moriatur multum fru-
 ctum producit. Ita ego si non morerer minime fru-
 ctum afferrem, cum autem fuero mortuus, fructum
 vberrimum afferam. Cōparatur autē Saluator grano
 frumenti, in terram coniecto, seminatus est enim
 in agro huius mundi quando incarnatus & natus
 est, mortuusq. vt cū vberrimo fructu reur-
 geret, quis vero sit iste fructus, & alia
 ad mores accomodata in se-
 quentibus dice-
 mus.

CONCIO.

IN comprehensibili Dei sapientia quę per al-
 tissimas causas nulliq. cognitas gubernatur,
 ob id nos magis attonitos reddit, quod con-
 silia sibi ab æterno præuisa, diuersissimis viis
 ingeniisq. hominum secundum apparentiā repugnā-
 tibus, ad executionem perducatur. Iosephum Deus de-
 creuerat dominum Ægypti constituere, vt per eum po-
 pulos a morte liberaret, & vt ipsum omnes adorantes
 Salvatorem mundi appellarent. id vero non eo quo
 mundus modo effecit, sed contra, nam à fratribus di-
 uenditum, & ab hæra adulterij in simulatum, à domi-
 noq. suo in carcerem coniectū, & iā penè moribundū
 ad id fastigium extulit. Statuerat Deus mundum per
 Christum a morte liberare & quod ipsum gentes ado-
 rantes Salvatorem salutarent, id autem ad eó inusitato

Gen. 38

modo & præter mundi consuetudinem effecit, vt omnes in admirationem rapiat. Quid enim a mundi æstimatione diuersum magis esse potuit, quam quod Saluator per crucis ignominiam, talem gloriam acquireret, & mundum diuino semine replens innumeras gentes ad se per fidem traheret? Id autem a Deo non solū effectum, sed rationi consonum fuisse proposita parabola Christus ostendit, qua se grano frumenti confert.

Nisi granum frumenti.
Augustinus.

Vt in terra veluti frumentum missus, & tempestatibus expositus moriens, in fide multorum (vt Augustinus ait) resurgeret. Vel in cordibus Iudæorum moriens in gentium cordibus resurgeret, aut vt moriens non

Esa. 49.

quærens quæ sua sunt, cum pingui aliorum lucro resurgeret, aut vt nudus moriens, vestitus gentium diuersitate resurgeret sicut Esa. 49. His omnibus sicut ornamento vestieris. Propterea enim tunc hanc parabolam prædicauit, cum Gentiles quidam ad eum visendum venissent. Granum frumenti omnibus aliis granis præstantius est, ex quo panis cōficitur qui calore digestus, in hominis substantiam conuertitur. Christus non hominibus solum, sed Angelis etiam præstantior est. Sic

Zach. 9.

Zacha. 9. Quid pulchrum eius nisi frumentum electorum? Nihil enim in Ecclesia militante, aut triumphante pulchrius Christo reperitur, qui frumentum electorum est, quiq. nostrum nutrimentum factus, non nos ipsum, sed ipse nos in se conuertit, sicut Augustino dicebat. Nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tuę, sed

Cadens in terrā.
Esa. 9.

tu mutaberis in me. Granum hoc in terram cecidit cū in mundū veniens homo factus apparuit, sicut Esa. c. 9. ait, Verbum misit Dominus in Iacob, & cecidit in Israel.

Deus

Deus enim in Iacob ex iustitia ad promissiones complendas verbum suum misit, sed cecidit in Israel, quia eius incarnatio Israelitis, id est videntibus Deum per fidem profuit. Quod vero mori oportuit multis rationibus ostendemus. Primo ut diuinæ iustitiæ reatitudo ostenderetur, nusquam enim seuerior Dei iustitia apparuit, quam in morte Christi, nec cum per Angelum centum & octoginta quinque milia ad internationem cecidit. Nec cum refugum mare Ægyptios fluctibus inuoluit taliter, ut nec cladis nuntius reuerteretur. Nec cum flagrantissimus ignis chore, & cum eo quinquaginta supra ducetos absumpsit. Immo nec cum mortales omnes stagnante solo demersit, sed nec cum refugas Angelos e caelo deiiciens perpetuis tenebrarum vinculis alligauit. Et ita Deus seuerius peccatum hominis quam Angeli puniuit. Quia propter Angelorum superbiam ipse met Angelos percussit, sed propter hominum peccatum suum dilectum, filium morti addixit, & qui peccatum non fecit peccati poenam suscepit. Deinde quia Angelorum poena, vix secundum equalitatem tanto suo flagitio satisfacit, Christus vero non solum secundum equalitatem, & de rigore iustitiæ satisfecit, sed adeo copiosa eius fuit redemptio, & super effluens mensura poenæ quæ peccato re/pōdebat, ut sanguis eius thesaurus inestimabilis in Ecclesia remanserit quo per sacramenta, & indulgentias homines participantes diuites euadunt. Cum ergo Christus cumulatissime satisfecerit iustitia Dei per eius mortem maxime emicuit, ita ut misericordię equata se inuicem mutuis amplexibus ad crucis pedem osculatę sint. Preterea granum hoc preciosissimum in terra cadens mori oportuit, ut suam organos ardentissimam charitatem ostenderet,

Mortuum fuerit.

4. Re. 10

Exo. 14.

Nu. 26.

Gene. 7.

que sua passione & tormentis longe maior extitit, pro
 iis enim moriebatur, qui ei vitam auferabant. Magnus
 2. Re. 18 fuit Regis David erga Absalonem amor, qui cum im-
 memor pietatis, contra ipsum conspirasset, & scelestis-
 sima tollendi patris consilia cepisset, cum eum interem-
 ptum audiuit æditissimam domus partem conscen-
 dens, taliter ipsum defleuit vt pectus plangens, & capil-
 licium lacerans doleret, quod non sibi pro illo oppe-
 tere contigisset. Sed maior Christi charitas extitit, qui
 cum plusquam emptitius verna longe vilissimus in ip-
 sum conspirasset, non desiderio solum, sed effectu pro
 ipso mori sustinuit. Quid nam obsecro hac charitate
 ardentius esse potuit? Ideo ex ipsa passionis Christi quã-
 titas potius pensari debet, quam ex Iudeorum rabie,
 aut ex nature suæ teneritudine, aut ex tormentorum
 diuersitate, aut ex multitudine peccatorum pro qui-
 bus patiebatur. Amor enim qui ipsum ad patiendum
 impellebat maior erat ira inimicorum, & tot exqui-
 sitissimus tormentis quæ passus est, ideo Paulus ad
 Ephe. 3 dicebat. Super eminentem scientiæ charita-
 tem Christi, nam Saluatoris amor scientiæ superemi-
 net, maior enim est, quam vt nos ipsum intelligere pos-
 simus. Deinde mori oportuit, vt rite mediatoris offi-
 cium exerceret, ita vt Deum suis meritis ad nobis par-
 cendum conuinceret, & nos suis laboribus, & tor-
 Hebræ. 5 mentis, ad bene viuendum impelleret. Propter pri-
 mum dicebat Paulus ad Hebræ. 5. Cum clamore vali-
 do, & lachrymis offerens exauditus est pro sua reueren-
 tia. Nos etiam suis tormentis conuincit, sua enim nu-
 ditate nostram auaritiam conuincit, sua lingua aceto
 potata nostræ lingue petulantiam, suo in latere vulnere
 nostram

nostram inuidiã, suis flagellis nostrã luxuriã conuincit &c. Ad hæc mori Saluatorẽ oportuit, vt nostris operibus efficaciam tribueret, omnes enim iustitiæ nostræ nisi Christi passioni innitãtur, cassæ profecto & nullius valoris sunt, si vero ipsi cõiungãtur æternã fællicitatẽ merentur. Quemadmodũ negotiatores qui tenuẽ habẽt censum, cũ aliis mercatoribus, lōge ditioribus cõiũguntur, vt diuites euadant, & cum illorum mercibus suas etiam tenues coniungunt, vt crescant. Ita nos qui negotiatores pauperes sumus, Christo qui potens mercator est, vtpote qui totũ orbẽ acquisiuit, coniungi oportet, vt nostra opera in prætio habeãtur, quæ alias admodũ deficiẽtia sunt, & minime iusti pōderis, nisi cũ Christi plagis cõiungantur. Quæ sunt, sicut grana quæ nostris operibus iustũ pondus concedunt. Et sunt etiam sicut litteræ vocales, quæ sonare faciũt nostra opera quæ veluti cõsonãtes sunt litteræ, quæ sine vocalibus sonare nõ possunt, ita virtutes nostræ sine Christi plagis corã Deo mutæ sunt. Demũ mori Christũ fuit expediẽs, vt nos cõtra hostes sua passione armaret, nã Christi passio præter quã quod hostiũ nostrorũ vires per fregit, debiles nostras vires ad præliandum excitat. Estq. passio Christi turris David, ex qua omnis armatura fortium pendet. Sanson in capite virtutem habebat, ita nos in Christo qui caput nostrum est. Hac virtute boni Angeli refugas vicerunt. Hac armati Apostoli mundi potentiam protruerunt. Hac Martyres de tyrannis gloriosos triũphos reportarunt. Propterea dicebat Petrus 2. Pet. 1. Christo igitur passo in carne vos eadem cogitatione armamini, ac si dicat. Cũ Christus in carne passus sit

Similitudo.

Simile.

Simile.

Canti. 4.

Iudi. 16.

2. Pet. 1.

sus sit, oportet vos eadem cogitatione armari, ad tēta-
tiones vincendum. Si enim Christi cogitationem acci-
pitis qui potius mori voluit quam ceptis desistere, vin-
cetis ipsum imitando, vel si accipitis cogitationem e-
ius quasi arma minime vincemini. Deinde oportuit
saluatorem mori vt animę prætiū ostenderet pro qua
tot Dei filius pati voluit, quod Petrus ostendit dicens

2. Pe. 1. Non corruptilibus auro & argento redēpti
estis &c. Qod cum ita sit dictu mirum quam facile ho-
mines animæ dispendium patiantur, quam vel vilissi-
mo prætio vēdunt. Præcipua vero mortis Christi cau-
sa extitit, quam ipse in parabola ostendit nempè fru-
ctus qui ex ipso in crucem sublato processit. Quem in
grano apertissime intueri licet, nam in terra iactū ve-
luti aperitur ex cuius visceribus herba progreditur,
quæ in paleam durefcens, paulatim fœcūda spica gignitur, imò ex vno grano multæ præcreantur, illisq. in
terram iactis & emortuis, multo plures pullulant, il-
lisq. iterum demortuis duplo plures producuntur. Ad
hunc modum Saluator in cruce veluti per vulnera a-
pertus moritur, ex quo flos scilicet primitiæ Ecclesiæ
quæ paululum vt hærba tenuis fuit, sed aduentu Spiri-
tussancti fortior facta, in spicam granis plenam excre-
uit, quibus demortuis multo plures surrexerunt, a
deo vt totus penè orbis granis scateret, ex hoc diui-
nissimo grano in terra mortuo procedentibus. Id est
quod ipse dicebat. Si exaltatus fuero a terra omnia tra-
ham ad me ipsum. Crucem enim suam Saluator exal-
tationem vocat, ne discipulos qui carnales erāt & im-
perfecti tunc perturbaret, quia sciebat (vt Chryso-
stomus

Multū
fructū
afeat.

Io. 12.

Chryso.

mus

mus ait (audita cruce & ignominiola morte vehementer perturbando s, ideo mutat nomen, non crucem eā sed exaltationē, excessum, gloriam, clarificationē vocādo, sicut periti medici efficere solent, qui pillulas infirmo porrigēdas, sacaro prius operiunt, & melle perfundūt vt dulces appareant. Vocat præterea mortē exaltationē quia cū patrē diligeret, & sicut mandatum dedit illi sic fecerit factus obediens vsq. ad mortē, hoc ei cessit in maximum honorem sicut Paulus dicebat ad Hebræ. 2. Eum qui modico quam Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem, & quia minoratus est, & mortuus, non ex necessitate, sed propter gratiam Dei, ideo gloria & honore coronatus est. Ecce quare mortem exaltationem vocat, qua omnia ad se traxit. Nam traxit ad se patrem qui cum iustæ iracundiæ pænas ab hominibus exigeret, eum ipsis per suam mortem reconciliauit. Traxit Spiritum sanctum qui Christianis in habitare facit per gratiā, traxit Angelos socios eos & fratres hominum, & cōseruos efficiens, imó administratores vt Prulus ait. Miro vero modo homines ad se traxit, cuius Euangeliū totū pene terrarum orbē euersis multarum gentium ritibus penetrauit, traxit etiam inferni potestates quas debellauit, & nō sibi soli sed perfectis viris subiici fecit, traxit etiam mortem quia ipsam occidit. Istæ ergo fuit præcipuus mortis Christi fructus de quo Esa. 4. Erit geomen Domini in magnificentia & Io. 4. Videte regiones quam albe sunt ad messen & Esa. 27. Florebit & germinauit Israel, & repleuit faciem orbis

Simile.

Hob. 2.

Esa. 4.

Io. 4.

Esa. 27.

Bb

orbis

orbis semine. Quāuis plures alij & vberissimi fructus ex passione Christi nobis & mūdo prouenerint. Nā ex eius morte aditus nobis ad beatitudinē patuit sicut dicebat Paulus ad Heb. 10. Habemus fidutiā in introitu sanctorū in sanguine Christi. Sua etiā morte ad ipsum amādū vehementer allicit, qui tot pro nobis pertulit sicut Ambrosius dicebat. Plus tuis iniuriis Iesu debeo, quā tuis diuitiis, & Bernardus. Super omnia te mihi reddit amabilē bone Iesu calix passionis quē pro me bibisti. Si enim emptitiū seruū qui tibi studiose obsequitur diligis, certe Christū qui tot pro te pertulit, imo qui pro tua libertate seruus factus est, & clavis lanceaq. signatus diligere teneris. Propter hanc causam Ionatas & alij Saulē hortabātur, vt David diligeret, qui tot pro eo insignia facinora, totq. bella cōfecisset. Ita Esa. 26. Nomen tuū & memoriale tuū in desiderio animę. Deinde morte & passione Christi, actiones nostrę quales sint metimur, nō enim imperfectis operibus, sed perfectissimis qualia Christi erāt nostra opera metiri dem⁹, quia tūc qualia sint cognoscūtur. Quāturpis nostra sanctitas apparet, si cū sua cōparetur, quā iracūda nostra māfuetudo videtur, si Christi māfuetudini cōiugātur, quā superba nostra humilitas suę collata videtur, quā ambiciosus noster honor, si ad Christi honorē referatur. Ita Paul. Quos præsciuit & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ad Ro. ca. 8. Pręterea suę passionis memoria Christus animas nostras viuificat, & perperuāsui in nobis memoriā nutrit, & ob id forsam doctrinā suā scriptis mandare noluit, quia mortis eius fama taliter per cælū & terrā sparsa est, & sic omnibus in notuit: vt sufficiēter eius memoria cōseruetur. Imo in sua passione quęcumq. necessaria sunt intueri possumus, estq.

sicut

sicut virga Ionatæ quæ ad mel applicata, oculos eius aperuit & ipsi spiritum reddidit. Et est sicut fæl, quoque si collirio Tobie oculi aperti sunt. Ideo indignissime faciunt qui passionis Christi obliuiscuntur. Ad hæc mors Christi omnimodam in nobis subiectionem ad Deum causat, sicut massæ terrea figulo subiicitur, ut ex ea quod voluerit efficiat, ita nos Deo in prosperitatibus & aduersitatibus subiiciamur, hoc Saluator docuit, cum caput spinea coronare dimittit inclinavit. Demum sua nos Saluator passione docet charitatem ordinare, ut ea quæ anime sunt iis quæ sunt corporis præponamus & quod ratio sensualitati dominetur & potius virtutes quam exteriora amemus, & spiritualia quam corporalia. Docet etiam qualiter nos erga proximos habere debeamus, duas manus ad ipsos sicut Christus extendendo, scilicet dexteram eos in spiritualibus iuuando, & sinistram temporalia eis concedendo, si autem operibus id prestare non possumus, saltem cor ad ipsos adaperitum habemus sicut Christus.

Innumeri alij fructus recenseri poterant, qui ex Christi passione pueniunt, inter quos haud exiguus est, quod sua nos Saluator morte adimitadum incitat, quemadmodum pulchra ad videndum, & saporosa & dulcia ad comedendum inuitare solent. Sic dicebat. Pet. 1. Pe. 2. Siquid propter iustitiam patimini beati, nam Christus passus est vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Quod quidem veluti exemplo declarans Saluator ait. Qui amat animam suam perdet eam. Qui frumentum, seruat perdit, & qui perdit eum lucratur, ita qui amat animam sensibilem, perdit eam & e contrario, qui odio habet eam lucratur. Anima duo habet officia præcipua, primum circa superiorē partem versatur in qua sunt res maximi ponderis, aliud circa portionem inferiorē sicuti Deus superiora scilicet celestia gubernat &

1. Re. 14

Tob. 11

1. Pe. 2.

Qui amat animam suam perdet eam.

inferiora etiam, sic anima superiores, & inferiores vires. Portio superior spiritus, inferior anima vocitatur, quamuis vna solum numero anima sit. Qui ergo animam suam id est sensibilem partem amat eam perdit. Cum enim vna sit propter inferiorē & vilem eius partem quam diligit, totam animam perdit, quæ mundo prætiosior est. Vel vt corpoream vitam cōseruet spiritualem amittit. Nonnulli enim homines veluti pecora sensualitatem sequentes, ita voluptatibus succumbunt, vt grauissimam spirituales vitæ iacturam minime persentiāt. Stultus profecto esset qui vt pallio parceret, adigi sibi ensem, per corpus permitteret, & vt pileum cōseruaret vulnerari in capite sustineret, & qui nudis pedibus, vt calceis parceret ambularet, ita multi vt brutalem animæ partem cōseruent nequaquam superioris partis iacturam persentiunt, imo vt corpus cōseruent, & voluptatibus indulgeant, vulnerari interius per peccatum sustinent, pluris vile corpus, quam animam quam mille mundis præponderat æstimantes. Nō sic beatus Paulus qui dicebat Actuum 20. Vincula, & tribulationes hierosolymis me manēt, sed nihil horum vereor, nec facio animam meam præciosiorem quam me. Quasi dicat. Nequaquam ita corpus amo, vt vincula, & tribulationes exhorrescā, nō enim præciosiorem facio, id est pluris estimo animam, scilicet corpoream vitam quam me, qui homo sum non propter brutalem animæ partem, sed propter superiorem, & rationalem. Vt igitur te ipsum cōserues ne verearis corpus laboribus, & tribulationibus exponere, quia si tale animam perdis, totam in vitam eternam custodis, & si ipsam odio habes diligis. Quicumque aliū odio prosequitur, ipsi mortem inferre procurat, ita qui animam odit

Simile;
Simile.
Simile.

Actuum.
20.

Simile.

odit, occidat ipsam suspendendo, scilicet a terrenis ip-
 sam abstrahendo, & ipsi superbiam spiritum obstruen-
 do, de quo loquebatur Job. 7. Elegit suspendium ani- Iob. 7.
 ma mea & mortem ossa mea. Quod enim suspenditur
 (vt Gregorius exponit) ab imis eleuatur, anima ergo Grego-
rius.
 suspendium eligit, & ossa muriuntur, quia dum mentis
 intentio ad alta se subleuat, vite præsentis fortitudinẽ
 occidit. Sancti ergo viri qui in hac vita requiescere nõ
 possunt, suspendium eligunt, quia terrena deserẽtes ad
 alta animã attollunt, mortẽq. suis ossibus inferunt, sci-
 licet carni. Si vero hac morte animã tibi occidere nõ
 placuerit, ipsam exure, illo scilicet igne de quo Salua-
 tor loquebatur Lucæ. 12. Ignẽ veni mittere in terram, Lucæ. 12.
 & quid volo nisi vt accendatur, hoc igne nos Christus
 quasi aurum purificat, Ægypti paleas, scilicet insurgen-
 gentes carnis motus comburendo. Si autẽ alia animã
 morte necare volueris, ipsam submerge, aquis lachry-
 marum, quibus, peccata & vitæ miseras lugẽdo indul-
 gere poteris, sicut David dicebat. Exitus aquarũ dedu- Psal. 113.
 xerũt oculi mei quia nõ custodierũt legẽ tuã. Et si ista ti-
 bi mors nõ placuerit, animã veneno cõfice, hoc autẽ ef-
 ficies, si cõuersatione, & cõsolationibus cælestibus, mũ-
 danas delitias, & carnales impetus supresseris, sicut Da-
 uid dicebat. Renuit cõsolari anima mea. Ad id vero ef- Psal. 76.
 ficiẽdũ ipse nos Saluator inuitat suo exemplo dicẽs. Si Siquis
mihimĩ
nistrat.
 quis mihi ministrat me sequatur. Qui enim se Christi
 ministri esse iactãt, ipsum imitari debent, sed ille est ve-
 re Christi minister de quo per David dicebat. Ambu- Psal. 110.
 lans in via immaculata hic mihi ministrabat illeambu-
 lat in via immaculate, qui non quærit quæ sua sunt, qui

Augusti
nus.Grego-
rius.

Esa. 66.

Pro. 14.

1. Co. 4

Esa. 49.

siue uiuat siue moriatur Domino uiuit, & moritur ille deniq. Christi minister est (vt Aug. & Gregorius dicunt) qui ipsum sequitur, vsq. ad illud perfectum charitatis opus, nempe animam (si opus est) ponere. De talibus dicebat Esa. c. 66. Ministri Dei nostri dicetur vobis. Et Pro. 14. Acceptus est Regi minister intelligens, iracundiam eius sustinebit inutilis minister. Et Paulus 1. Corint. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi. Si vero hoc ad imitandum Christum homines minime mouet, saltem utilitates quæ inde sequantur eos impellere deberent. Prima est quia quemadmodum qui præcedit, iis qui sequuntur viam ostendit, ita Saluator nobis salutis viam præiuit, imo ipse via factus est, ipseq. ipsam viam paradisi complanauit impedimenta tollendo, ita vt omnibus postea pateret etiam latronibus, & vsurariis, sublatis difficultatibus. Deinde qui præcedentem sequuntur deuictis hostibus aut latronibus in quos ductorem prius incidere oportet, secure proficisci possunt, ita Saluatore præcedente qui Diabolum, mundum, & carnem acerrimos humani generis hostes deuicit securi incedere poterimus. Præterea qui ductorem sequuntur ad alacriter incedendum ipsius exemplo incitantur. Abimelech Iudi. 9. Absciso arboris ramo, ad insequentes se milites dixit. Quod me videritis facere facite, illi vero certatim ramos de arboribus præcidentes sequebantur: Ita Christus cruce super humeros sublata ait. Si quis mihi ministrat me sequatur, id quod ipse prius effeci, faciens, quod profecto ad alacriter incedendum incitare deberet.

Et quam

Et quamuis, labores timorem incutiant, non est quod ipsos Christo præcedente vereamur. Maximo enim id nobis refrigerio est. Ita vt dicere possimus. Qui fingis laborem in præcepto. Demum Christum alacriter sequi debemus, quia nos ad locum in beatitudine præparandum præcessit. Sicut ipse dicebat. Vado parare vobis locum &c. Sed præcipuus fructus, qui nobis ex eo quod Christum sequimur prouenit illud est, quod ipse explicat dicēs. Vbi sum ego illic, & minister meus erit. Quæ nã obsecro hac dignitate maior excogitari potest? Ad eum locum admitti in quo tantus hostium triumphator est. Si alicuius regie atria exteriora tanta pulchritudine præstarent, vt aspiciētes in admirationē raperēt, cunctorumq. oculos rebus in hypodromo positae raritate insignibus oblectarēt, qualia obsecro interioris recessus cubicula esse, quãq. admiranda omnes existimarēt, in quibus Rex cum suis aulicis familiaribus, & cubiculariis manere solitus esset? Si mundus iste qui velut cælestis curie atrium est, tanta rerum pulchritudine præstat, qualis obsecro Regie cælestis recessus erunt in quibus Saluator cum suis selectis comorabitur? Id significare voluit cum dixit Matth. 24. Vbi fuerit corpus ibi congregabitur, & aquilæ & Io. 14. Recipiam vos ad me ipsum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Et 16. Pater quos dedisti mihi volo, vt vbi ego sum illuc sint mecum. Et Apo. 3. Qui vice rit dabo ei sedere in throno meo sicut ego vici & sedi, & hoc est ministros honorare, quia ipsos in filios adoptatos regnare facit. De qua gloria loquebatur Sap. 3. Bonorum laborum gloriosus est fructus. Et Sapi. 10. Honestabit illum in laboribus &c.

Psal. 98

Vbi sum
ego &c.Simili-
tudo. j

Ma

24.

Io. 14.

Io. 16.

Apo. 3.

Sapi. 3.

Sapi. 10

SINT

SINT LUMBIVESTRI PRAE

cincti, & lucernæ ardentes in mani-
bus vestris & vos similes

Lucæ. 12.

DVÆ sunt in hoc Evangelio parabolæ & utriusq. idem scopus est, nempe monere fideles omnes ut vigilantes & parati aduentum Saluatoris expectent, ne incauti nihilq. tale expectantes inveniatur. Est autem similitudo accepta a Seruis qui dominos suos expectare solent, & ipsis occurrere. Ait ergo Christus. Quemadmodum serui fideles accincti & cum lucernis accensis dominos suos præstolantur, ita vos. Accincti vero serui expectant cum ad quodlibet ministerium exhibendum domino suo venienti parati sunt, accensas vero lucernas habere eos oportet ne adueniens dominus tenebris obvolutos inueniat. Quid vero sit spiritualiter lumbos præcingere & cum lucernis accensis dominum expectare, multimodis exponitur. Grego. ait. Lumbos præcingimus cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus, lucernasq. tenere, proximis per bona opera splendere. Alii vero per hæc nihil aliud significari aiunt, quam oportere nos esse paratos ad ambulandum iter virtutis in nocte huius vitæ, dominoq. venienti occurrere expediti scilicet ad ambulandum, & cum lucernis ne in tenebris offendamus. Vel lumbos homines præcingunt cum curam terrenarum rerum abiiciunt, lucernasq. defecerunt, cum mentes pulsas erroribus illuminatas habent.

Nos

Nos vero lumbos præcingere corpus rationis, & mediocritatis cingulo moderari exposuimus &c. Cum vero Saluator ait. Et vos similes hominibus &c. Aliqui nouam parabolam proponere dicunt, alij vero propositam prosequi, in quorum ego sententiæ pedibus eo, siue vero noua sit parabola siue non, tria Christus insinuare voluit. Primo sicut serui fideles vigilare solent, quia latet ipsis hora qua dominus suus reuertetur a nuptiis, quæ nocturno tempore fieri solebant, ita nos oportet vigilare a somno peccati, quia ignoramus horam qua dominus venturus est. Deinde sicut serui vigilantes magna confidentia dominum suum expectant, ita nos, non est quid vereamur domini aduentum, si a peccati somno ex perrecti ipsum expectamus. Demum sicut illi venienti domino confestim aperire solent, lætiq. ipsum suscipiunt, ita nos pulsanti per infirmitatem Christo, læti accurramus, ipsumq. sine tristitia recipiamus. Qui ergo taliter dominum suum expectant scilicet vigilantes & parati beati sunt. Talibus seruis præcinctus dominus transiens (inquit Christus) ministrabit. Quemadmodum enim quandoq. accidere solet vt dominus quispiam cum bene de se meritis seruis ita benigne se gerit, vt expleto nuptiali conuiuio, ipsis parare cenam faciat & ipse promptus adsit, transeatq. hinc inde nequid illis desit. Ita se Christus cum vigilantibus seruis se gerit, quia sicut illi expectant præcincti sic Saluator se præcinget id est sicut illi parati & expectati erunt, sic Christus se ad retribuendum illis præparabit.

SECUNDA parabola à Christo proposita quamvis eundem scopum habeat cum præcedenti, difert tamen

Cc ab ea,

ab ea, quam illa præmium seruorum vigilantium proponitur, in hac autem pæna illorum qui dormientes inueniuntur ostenditur. Desumitur vero a patre familias quodam, qui si sciret furem venturum vigilaret profecto ne ab ipso opprimeretur. Dies vero domini propter incertitudinem, furi comparatur multis scripturæ locis scilicet Apoca. 16. & 1. Pe. 5. & 1. Thessa. 5. Irrepat vero difficultas circa hæc Christi verba scilicet si sciret pater familias qua hora &c. Non enim rite ista accomodari videntur, nam si pater familias vigilaret, si sciret qua hora fur venturus esset, sequitur etiam nobis vigilandum esse, quia horam aduentus Christi scimus, sed contrarium infert Saluator, ideo & vos estote parati, quia nescitis &c. Ad hoc breuiter respondetur, dispar esse iudicium de vigilia corporali, & spiritali, nam vigilia corporalis non potest esse perpetua, & ita tunc solummodo homines vigilare solent, cum venturum furem sciunt, & ita non poterat aliter proponi exemplum, nõ enim rite sic proponeretur sicut pater familias semper vigilaret, nesciẽs furis aduentum, ita vos, hoc enim non est rationi consentaneum, imo nec fieri potest quod semper aliquis homo vigilet, nisi tunc cum venturum furem opinatur, de vigilia vero spiritali dispar est ratio, nam potest & debet esse perpetua, quia hora aduentus Christi incerta est, ideoq. semper est vigilandum ne nos Saluator dormientes inueniat, sic igitur aptissime à Christo parabola est proposita, in hunc modum. Si sciret pater familias qua hora &c. Quæ quidem sic est applicanda. Pater familias sciens furem venturum
vigila;

vigilaret, ne opprimeretur, ita vos qui scitis diem domini venturum vigilate ad exemplum patris familias, ille enim vigilat hora qua opinatur furem venturum, vos qui scitis diem domini venturum quidem, sed improuisum sicut fur, vigilate semper. In hoc igitur tantum modo similitudo consistit. Sicut pater familias prudens contra furem vigilaret, ita vos contra diem domini, qui adueniet sicut fur innocte &c.

CONCIO.

SI eis qui nos alicuius periculi, admonēt, gratiā repēdere tenemur, & quo maius periculū imminet, eo magis ad referendā gratiā obligamur. Immortales profecto Saluatori nostro gratias fido in amore repēdere tenemur, qui toties nos grauiissimi periculi, ex improuiso eius aduentu imminētis admonuit, de quo non apertis solū sentētis sed propositis parabolis, vt vigilantes & parati, improuisum eius aduentum expectemus commonefacit. Propterea dicebat Paulus ad Tim. 2. Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri, omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegātes impietatē, & secularia desideria, sobrie, & iuste & pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatā spē & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri. Que Pauli verba ad propositū accomodata latius expēdenda sūt. Doctrina Christi qua nos instruit, vt secūdū eius legē vitā instituamus, ne imparatos nihilq. tale expectātes inueniat, vocatur gratia a Paulo, vere enim gratia

Tim. 2.

Cc ij Dei

- Simile.* Dei est. Si enim princeps aliquis, ciuitatem ad quam armatus profecturus esset, quamq. rebellem inuentã breui expugnare posset, victoriãq. certus comiter prius admoneret ciues, vt se ad ipsum pacifice recipiẽdum præpararent, maximã profecto gratiã & amoris signum esset. Ita Saluator qui armatus ad vltionem inimicorum venturus est, sicut Sapi. 5. dicitur, vel in morte ad nos expugnandum, maximam nobis gratiam ostendit admonendo, vt parati ipsum expectemus: de ea dicebat Paulus. Hortamur vos ne in vacuum gratiã Dei recipiatis. Ab ea vero gratia neminẽ excludit, sed omnibus eam concedit, vult enim omnes homines saluos fieri ideo dicitur Ecclesiastici 18. Misericordia hominis circa proximum suum, misericordia autem Dei super omnem carnem, qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregẽ suum: Ac si dicat. Hęc est differentia inter misericordiam hominis, & dei, quia misericordia hominis ad proximum ostenditur, Dei vero misericordia ad omnem carnem, & quia misericordiam habet, erudit homines sicut pastor gregem suum. Sic David. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris cum, vt mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea. Ac si dicat. Ille beatus est quẽ Deus erudit, vt mitius ferat, quẽ in mundo geruntur, quousq. peccatori fodiatur fouea, corpori quidem in terra, animę vero in inferno, & ipse qui a Deo eruditus est, liber euadit, in morte ab inferni fouea. Similiter Iob 33. dicitur. Aperit aures virorũ, & erudiens instruit eos disciplina, vt auertat hominẽ ab iis quæ fecit, vt liberet eum a superbia: Propterea si quidem

quidē Deus homines instruit, vt eos a prauis mōribus auertat, & hoc est quod ait, vt abnegātes impietatē, & secularia desideria. Quædā peccata sunt directe contra Deum quæ dicuntur impietates, vt blasphemia, desperatio &c. Alia sunt, quæ in abusu temporalium consistunt, ideo dicuntur secularia desideria, quæ quidem abscindenda sunt. Ita dicebat Paulus ad Gala. 5. Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Et alibi. Carnis curam ne feceritis in desideriis ad Ro. 13. Quia desideria carnis rationis vinculo cohibenda sunt. Propterea dicit. Sobrie, Brias enim mensuram significat, tunc ergo sobrie viuimus, cum desideriis carnalibus mensuram ponimus. Omnia quæ in mundo sunt mensuram habent, sicut dicitur Sapi. 11. Omnia in pondere & numero, & mensura cōstituiisti. Ignis mēsurā habet, alioquin omnia combureret, aqua mensuram habet alioquin omnia submergeret, ita etiā carnem nostrā æqualitatis mensura cohibere, & frænare debemus, modum ipsi imponendo, scilicet, vt ne nimia austeritate corrumpatur, aut delitiis modum excedat. Propterea Paulus cum militem Christianum armaret dicebat ad Eph. 6. Induti lorica[m] iustitię. Lorica enim corpus protegit quæ iustitię esse debet, ita vt modum non excedat, ipsum delitiis affluere sinens, nec ipsum nimia abstinentia cōsumens. Propterea de Christo dicebat Esa. 11. Erit iustitia cingulum lumborū eius: Cingulum in medio corporis, nec laxum admodum, nec nimis strictum esse debet, sed mediocriter aptatum: ita nos iustitię cingulum corpori nostro aptare debemus, vt nec rigore ipsum stringat sine

Gala. 5.

Rom. 13

Sapi. 11.

Eph. 6.

Esa. 11.

C iij

mensura

mensura sinamus, nec laxari cum vitis patiamur, sed cum æquitate quadã cinctum teneamus.

Sint iu-
bi v. stri
præcin-
cti.

Esa. 21.

TALITER Saluator seruos suos præcinctos esse voluit, scilicet vt carnẽ suã, ita æquitatis, & iustitię cingulo cohiberẽt, vt modũ ipsam excedere nequaquã sinerẽt, sed sua desideria rationis vinculo frenarẽt. Cõtrariũ vero homines ita facere videmus, ac si Saluator oppositũ præcepisset. Id est quod Esa. c. 22. dicebat. Vocauit Dominus ad fletũ, & ad plãctũ & ad cingulũ sacci, & ecce gaudiũ & letitia &c. Ac si diceret. Cũ Deus ad peccata plãgẽdũ, & ad carnẽ penitentię, cingulo præcingẽdã vocaret, ipsi comessationibus, & æbrietatibus indulgẽt. Omnium vero vitiorũ causa est, quod homines carnẽ suã sine rationis vinculo discinctã habẽt. Ideo dicebat Esa. 29.

Esa. 29.

Trãsi terrã tuã quasi flumẽ filia maris, quia nõ est cingulũ vltra tibi. Quæ Prophetę verba grauissima sunt. Mare mũdũ significat, anima ergo prauis moribus corrupta filia mũdi cõgrue appellari potest. Ei ergo Esa. loquitur dicẽs. Tu quę per baptisma Dei filia, & propter deprauatos mores mũdi filia effecta es, trãsi quasi flumẽ.

Simile.

Quãdo amnis propter imbriũ frequentiam in flatus alueũ prætergreditur, cãpos omnes inundat, ita multi rationis alueum per quẽ illis incedẽdũ erat prætergressi, vitis omnibus indulgẽt, quẽ admodũ ergo amnis tumẽs, extra alueum delatus, late per cãpos luxuriat, ita multos videas, nõ solũ elato fastu alios flocipẽdere, sed in vindicãdis ad satietatẽ iniuriis, vitã & fortunas cõsumere, qui etiã proximos vsuris & cãbiis expilãt, quiq. leuociniis, ludis, cõpotationibus, luxuriis effuse se dedũt, & deniq. omnib⁹ vitis deturpãtur. Tãtorũ vero malorũ

causa

causa est quia iustitię, cingulo carēt, & discincti incedūt sicut Esa. Ait. Neq. enim est cingulū vltra tibi quasi dicat. Propterea tot vitiis indulges, quia rationis cingulo cares, & sic soluta, imo dissoluta incedēs, omnia prata vitiis deturpasti. Sic Hie. 31. Vsq. quo delitiis dissolueris filia vaga? Ac si dicat. Quo vsq. delitiis dedita iustitię & rationis frenū abiicies? Sic Ecclesiastici 2. Ve dissolutis corde, id est. Ve illis qui cor suū discinctū habēt sine rationis cingulo. Ecōtra Petrus dicebat. 1. Pe. 1. Propter quod succincti lūbos mentis vestrę, sobrii perfecti, sperate in eā, quę vobis offertur gratiā reuelationis Iesu Christi. Quasi dicat. Cohibētes rationis vinculo motus mētis vestrę, sobrii, & perfecti sicut Paulus ait. Sobrie & iuste, sobrie quidē, erga nos, iuste erga proximos, pie ad Deū. Ita dicebat Paulus 1. Ti. 6. Sectare iustitiā, pietatē, fidē, charitatē, patiētiam māuetudinē. Istę sūt lucerne quas in manibus serui Christi habere debēt, postquā iustitię cingulo præcincti sunt. Nā quē admodū lucerna tenebre iam domū illustrat, ita virtus tenebris inuolutā peccatoris mētē, splēdidā reddit, ideo dicitur Ecclesiastici 32. Qui timēt Deū inueniēt iuditiū iustum, & iustitias suas quasi lumen accendent. Qui enim filiali timore Deum reuerentur iuste hic, & in futuro iudicabuntur, suorum laborum præmia recipientes, & ij opera Iustitię quasi lumina quibus illustrantur, accendant. In manibus vero habere oportet, quia exterius in opere exerceri debent, sobrie, & iuste, & pie viuendo, numeroq. omnes virtutum excolendo, & sic magna fiducia poterunt, gratiam aduentus Saluatoris expectare. Sicut idem Petrus dicebat 2. Pe. 3. Cum ergo omnia ista

Hie. 31.

Eccle. 2

1. Pet. 1

Tim. 6.

Et lucerne ardētes in manibus &c. Simile. Eccle. 32

2. Pe. 3.

dissoluen-

dissolueda sint, quales vos esse oporteat, in bonis cō-
 uersationibus, & pietatibus, expectātes, & properātes in
 aduētū diei domini. Quæ Petri uerba cōsiderāda sunt,
 loquebatur Petrus de aduentu Saluatoris, in quo om-
 nia dissolueda dicebat. Cū ergo (ait,) nihil horū dura-
 turū sit, nō est quod harū rerū uos cura torqueat: quod
 uero uos magnopere curare oportet, quales uos esse
 debeatis bonis cōuersationibus, & pietatibus in proxi-
 mos, quasi lucernis splēdētibus, expectantes & propere-
 rantes &c. Studiosi uiri, non solū expectant aduentum
 Christi, sed totæ eorum uita expectatio est, quia omnia
 quasi peregrini efficiunt, nequaquā mētē in terra figē-
 tes, sed expectātes beatā spē, sicut Paulus ad Phi. 3. No-
 stra cōuersatio in cælo est, vndē & Saluatorē expecta-
 mus, qui reformabit corpus humilitatis nostræ &c. Ac
 si dicat. Taliter in terris cōuersamur, ut nulla nos earū
 rerū quæ in mundo sunt, cura torqueat, ideó Saluato-
 rem expectamus, ut corpus nostrum laboribus debi-
 litatū, similæ constituat corpori claritatis suæ. Ideó Pe-
 trus non solū ait expectantes, sed properātes in aduen-
 tū diei domini, quod quidē ad affectū & gaudiū referē-
 dū est, quia qui ad aduentū alicuius properant, cū gau-
 dio eū excipiunt. Ita uiri perfecti pulsanti per mortem
 Christo, confestim aperiunt, quia cū gaudio eum reci-
 piunt: & ita ueluti properant gratulantes aduentū. Ita
 Hierem. Tren. 3. dicebat. Pars mea dominus dixit anima
 mea propterea expectabo eum, bonus est dominus
 sperantibus in eum, animæ quærenti se, bonum est cum
 silencio præstolari salutare Dei, bonum est uiro cum
 portauerit iugum ab adolescentia sua. Quæ Hieremię
 uerba

Simile.
 homini
 bus expe-
 ctatibus
 &c.
 Phi. 3.

Vt cum
 ueniat
 & pulsa-
 uerit,
 &c.
 Tren 3.

uerba

verba, quia grauiſſima ſunt late explicabimus. Cùm alij diuitias, alij honores, alij voluptates expetant, & per varia huius vitæ appetibilia diſtrahantur, anima mea dixit Pars mea Dominus, id eſt ſufficit mihi Deus pro omnibus, ſic David. Portio mea domine. Et alibi Dominus pars hereditatis meę. Res omnes huius vitæ quia deficientes ſunt, minimè ſufficiunt, Deus autem deſiderium explet, & ſic ſpem excitat, propterea confidenter expectabo eum, hanc ſpem Paulus beatam vocat & aptiſſime, quia eius obiectũ beatitudo eſt, actus etiã beat⁹ eſt, & quia ſperãtes beati ſunt. Spes enim iſta efficax, ſperãtes beatificat ſicũt, Saluator ait. Beati ſerui illi, quos cum venerit Dominus, vigilantes & expectãtes inuenerit, Beati profecto dici poſſunt, quorum oculi intellectus, per vigiliã aperti ſunt, voluntasq. per amorem: beati etiam ſunt quia veniens Deus ipſos beatificat, nam bonus eſt Deus ſperantibus in eum, anime queſcenti illum, ita David. Quam bonus Iſrael Deus iis qui recto ſunt corde. Vis videre quam bonus eſt? audi Chriſtum. Amẽ dico vobis quod præcinget ſe &c. Qui ſeruos ſuos præcinctos cum lucernis expectare iuſſit, ad eos beatificandos, ſe etiam præcinget, quia ſe præparabit. Vide quam pulchra ſit iſta antitheſis, quia præcinctos inuenit, ipſe ſe etiam præcingit, vbi inęſtimabilem Chriſti bonitatem videre poſſumus, quia ſe cuiq. beatorum vt miniſtrans accomodabit, faciens eos diſcumbere. Multoties enim Domini poſito faſtu ſeruos diſcumbere faciunt, & tranſeunt videntes nequid eis deſit. Sic dicebat Saluator. Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus regnum, vt edatis, & bibatis

Eſalm.

Pſalm.

Beatifer
ui illi
&c.

Pſalmi

præcin-
get ſe &
faciet il
los diſ-
cumbe-
re &c.

Simile.

Dd

ſuper

super mēsam meā &c. Cibi vero quibus suos Saluator pascit minime explicari possunt cibant corpus agilitate, subtilitate, claritate incorruptibilitate, intellectu visione clara, voluntatem amore ardentissimo, memoriā possessione. Sic dicebat Esa. 2. Dicite iusto quoniam bene quia fructum adiuentionum suarum comedet.

Esa. 2.

Transi-
ens mi-
nistrat-
bit &c.

SED quod trāsies ministrabit illis intelligitur, quia nō solū intellectu implebit & volūtatē, sed corū naturā exuperabit, excedet enim beatitudo in immēsum nostri intellectus, & voluntatis vires, imo etiā respectu nostri transibit, quia plus in beatitudine cōlequemur quā quod intelligebamus, quia nec oculus vidit &c. Vides quam bonus Deus est sperantibus in se? Et animæ querenti illum? Qui ita cumulate retribuit? Bonū est ergo cum silentio præstolari salutare Dei, nihil enim iucundius in hac vita est, quam cum silentio præstolari, id est abstracti a secularibus negotiis & tumultibus, præstolari hanc Dei salutem, quam in morte cumulate con-

Esa. 26.

Ps.

cedit. Ita Esa. cap. 26. Anima mea desideravit te in nocte, id est separata a secularium tumultu. Quod quidē desiderium quam totius in iuuentute excitari debet, minimeq. ad senectutē vsq. expectandū. Ideo ait. Bonū est viro, cū portauerit iugum ab adolescentia sua. Sic Dauid. Docuisti me a iuuentute mea. Nulla opera Deo iucundiora sunt, quā quę in iuuentute efficiuntur, quia tunc homines primos Deo fructus offerunt. Pręcipiebat Deus, vt terrę nouę fructus, sibi primo dedicarētur. Ita iuuenis terra noua est, suos ergo fructus offerat. Contra vero multi faciunt, qui toto suę iuuentutis tēpore, effuse vitis indulgēt, bona opera & penitentiā ad seniū vsq. differentes.

rentes. Quibus Bernardus dicebat. Quid facitis o iuue-
 nes, qui florē iuuentutis offertis diabolo, & feces sene-
 ctutis Deo? Sed si quidem aliquibustale quidpiam ac-
 ciderit, vt iuuenturis annis perperam viuēdo absump-
 tis, ad senim vsq. deueverint, non est cur desperent, nā
 si eo tempore a peccati somno experrecti, vigilauerint
 beati quoq. dici poterunt. Quemadmodū enim Roma-
 ni noctis tēpora in quatuor vigilias distribuēbāt. Ita vita
 hominū, in quatuor etates diuiditur, in pueritiā, iuuen-
 tutē, virilitatē, & senectutem. Saluator vero non loqui-
 iur de prima, quæ sine rationis vsu decurrit, nec de
 quarta quia quāuis possibile sit, homines qui toto suæ
 vitæ tempore, peccati somno oppressi dormierunt, in
 decrepita etate experrecti vigilare, tamē valde diffici-
 le est, tanta namq. prauæ consuetudinis in naturam
 conuersæ vis est, vt rarissime deseratur, & propterea a
 Propheta Hieremia rei impossibili comparatur capite
 13. Si potest Ætiops mutare pellem suam, ita & vos, quā-
 uis (vt diximus) non propterea desperandum sit. Ait er-
 go Saluator beatos esse seruos, quos cum venerit do-
 minus inuenerit vigilantes, in secunda vigilia scilicet
 in iuuentute, & si in secunda vigilia dormierint, & in
 tertia scilicet in virilitate vigilauerint, beati sunt serui il-
 li, & addere possumus, si forte & tertia dormierint, & in
 quarta vigilauerint, adhuc etiā beati sunt serui, illi quia
 etiam si in iuuentute & virilitate dormierint, si in sene-
 ctute, & decrepita etate peccati somnum excuserint,
 & eos Saluator vigilantes inuenerit, beati erunt, non
 est ergo desperandum. Propterea dicitur Ecclesia-
 stici secundo, Coniungere Deo & sustine, vt crescat in

Bernar.

Et si ve-
neris in
secun-
da vigi-
lia &c.

Hie. 13.

Eccle. 2

Dd ij nouis

nouissimo vita tua. Quasi dicat. Accede per pænitentiam ad Deū, a peccati somno experrectus, vt vita tua in nouissimo tempore senectutis crescat, & te Deus saltem in illo tempore vigilantem inueniat. Aliter vero ista interpretari possunt, vt requirat Saluator a suis seruis perseuerantiam; Beati serui, qui non solum prima & secunda vigilia, a peccatis liberi vigilauerint, sed etiam tertia, vigilātes dominum expectauerint. Parum enim prodest, prima aut secunda vigilia, id est aliquo vitæ tempore vigilasse, si ante mortem peccati somno oppressi dormientes a domino inueniantur, de iis Ecclesiasti. 2. Veiis qui perdidērūt sustinentiam, qui scilicet peccati somnū obrepere videntes, minime per constantiam resisterunt. Ideo Saluator Lucae 21. dicebat. Vigilate omni tempore orantes. Ac si dicat. Omni tempore vos oportet vigilare, ne imparatos vos, nihilq. tale expectantes, dies mortis inueniat.

Eccle. 2.

Luc. 22.

Si sciret
pater fa-
miliæ
&c.

Q V O D quidem alia parabola adhuc Christus exponit, quæ quanuis minime aperte prima fronte videatur, congruentissime tamē proposito accomodatur. Eius igitur præcipuus scopus est, ostendere diē domini, ita in prouiso tēpore venturam, sicut fur in nocte, hora qua nescitur aduenit; ob idq. nobis perpetuo vigilandum est, alioquin tale quidpiam nobis continget, quale patri familias nocte dormienti, qui ab ingrediente fure, opprimitur. Et ita aptissime parabola proposito applicatur, ac si Saluator dicat. Si pater familias sciret qua hora fur veniret, vigilaret profecto, & illum ingredi non pateretur, Ita & vos certissime scitis diem domini venturum, quasi fur, propterea oportet

tet

tet vigilare, ne imparatos vos inueniat. Si parabola di-
 ceret. Si pater familias sciret furem venturum vigila-
 ret, nullam haberet difficultatē, quia rite inferri pos-
 set, ita & vos vigilate quia scitis diem Christi venturā,
 quanuis horam ignoretis, sed quia dicit, qua hora, dif-
 ficultatem ingerit. Eo vero modo quo exposuimus
 tollitur, non enim significatur, nos aduentus Christi
 horam scire, sed ostendit Saluator, ita a nobis vigilan-
 dum esse, ad expectandum diem filij hominis, sicut pa-
 ter familias vigilaret contra furem. De vtroq. vero ad-
 uentu, quæ hic a Salvatore dicuntur, intelligi possunt.
 Duo vero hac Christi parabola insinuantur primo diē
 eius furi comparari sicut 2. Pe. 5. dicitur Adueniet *2. Pe. 5.*
 dies domini sicut fur. Et Apo. 16. dicitur. Ecce venio *Apo. 16.*
 sicut fur, beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua
 ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Ille
 beatus est, qui improuisum Christi aduentum expec-
 tans, vigilat, virtutesque per vestes significatas, custo-
 dit. Paulus vero grauissimis verbis ista explicauit. I. *1. The. 3.*
 The. 3. De temporibus autem & momentis, non indi-
 getis vt scribamus, ipsi enim scitis, quod dies domini
 sicut fur in nocte, ita veniet, cum dixerint pax & secu-
 ritas, tunc repentinus eis superueniet interitus, si-
 cut dolor in vtero habentis, & non effugient. Des-
 criperat Paulus aduentum Christi, nūc eius tempus
 describit, tempora quidem ad annos refferri debent,
 momenta vero ad menses, siue dies, siue horas, om-
 ni ergo tempore vigilandum, scilicet omnibus an-
 nis, quia annum ignoramus, omnibus mensibus,
 quia mensem nescimus, omnibus diebus quia diem

ignoramus, omnibus horis, quia horam, & omnibus
 momentis quia momentum nescimus, non est ergo
 (ait Paulus) quod vobis tempora vel momenta de-
 scribam, scitis enim diem Domini, sicut fur appari-
 turam in nocte, omnibus quasi secure dormientibus,
 nam cum dixerint pax, tunc repentinus superueniet
 interitus, quod Saluator Lucæ 17. Similitudine expli-
 cauit. Nam sicut in diebus Noe homines lætabantur,
 & omnes a quis sunt obruti, ita erit aduentus filij ho-
 minis. Qua similitudine ostendit Saluator, hominibus
 mundo deditis, diem sui aduentus præter expectatio-
 nem venturam, quod vero Paulus ait, dolorem illis su-
 peruenturum quasi in vtero habentis, aptissime profe-
 cto illorum dolorem explicat, quibus incautis super-
 uenit, nam sicut prægnans in se habet sui doloris cau-
 sam, ita incauti, & mali homines, in se ipsis sui doloris
 causam habebunt, qui tot prauorum operum veluti
 prægnantes sūt, ex quibus remorsus & intolerabilis do-
 lor procedit, qui (vt Basilus ait) forte intolerabilior
 erit, ignibus inferni, quem dolorem damnati homi-
 nes, non effugient, nam mulier parturiens postquam
 enixa est, a dolore liberatur, sed damnati semper præ-
 gnantes, nunquam dolorem effugient. Ecce in quas
 angustias incauti homines deueniunt, qui pecca-
 tis obuoluti mortem obeunt, & cum tot eorum e-
 xempla videant homines, minime permouentur, nam
 sepiissime tribules suos, & gentiles a morte abripi vi-
 dent, & nō obstat, quo minus questis voluptatibus per-
 fruantur. Sicuti multoties accidit ouibus in agro pascē-
 tibus, Lupū repēte ouē, mordic⁹ arreptā abducere, quā
 cum

cū aliæ videāt aliquantulum quasi attonite circumspiciunt, sed recedente Lupo statim ad pascuum reuertuntur. Ita etiā homines, cum vicinum aliquem, vel ciuem repēte mori vident, veluti attoniti aliquantulum admirantur, sed postea ad cōsuetas mundi, & carnis delicias reuertuntur: taliterq. vitiis & voluptatibus indulgent, ac si nunquam morituri essent. Saul contra David progressus quiete dormiebat, & circa eum prætoriani & Abner copiarum dux, iuxtaq. eum lancea erat, & vas aqueum, David ad eum accedens, tenebris, & propria audacia fræctus, lanceam & aqualem lechitum auferēs discessit, quasi per otium inrer sopitos versatus, ita multi hominum vitiis dediti veluti dormiunt, lanceam iuxta se, scilicet spem longioris vitæ, quæ spiculum in fine habet, nempe imperfectam pænitendi voluntatem ante mortem, & lechitum aqueum habens, nempe delectationem peccati, repente vero & improuise Saluator veniens per mortem, vitam in cuius longitudine confidebant, & delectationem tollit, ipsiq. ad infernū rapiuntur. Sicut diues ille de quo Saluator Lucæ 12. Cuius ager vberes fructus attulit, qui dixit. Quid faciā, &c. Et illi dictum est. Stulte hac nocte repetent animam tuam & quæ parasli cuius erunt? In quo Saluator auari hominis imaginē ab improuisa morte sublati depingit. Primo enim apparet auaris abūdantiā, nō tranquillitatē afferre sed anxietatem sicut huic quid dicebat. Quid faciā quæ vox dolētis, & auari cordis est, optime Job 20. de auaro dicebat. Cū satiatus fuerit arctabitur, estuabit, & omnis dolor irruet super eū. Quæ verba rite Gregorius cap. 11. libri. 15. moralium exponit. Sed

1. Reg.

Lucæ. 11

Job 20.

Gregorius.

sed abundantia non solum sollicitudinem, sed indigentiam affert, dicit enim. Non habeo &c. Habebat profecto, si voluisset scilicet pauperum ventres, & domos, quæ vacuæ erant. Sed vt ad propositum ista accomodemus cum diceret. Anima mea &c. Dicitur est &c. Stulte hac nocte &c. Taliter igitur improuisa mors su-
 Ideo & vos esto se parati
 peruenire hominibus solet. Sed ad hoc euitandum vna cautio est, vigilare, nosq. ad Christi aduentum præparare, nulla enim res magis nos in officio continere deberet, quam nec diem, nec horam aduentus Christi scire. Propterea paratos nos esse oportet, ea præparatione de qua Paulus loquebatur, vt congrue beatam spem expectare possimus. Sic dicitur Ecclesiastici 2. Qui timent dominum præparabunt corda sua &c.

SIMILE EST REGNUM
 cœlorum, thesauro abscondito in
 agro, quem, qui inuenit &c.
 Mathei. 13.

QVATVOR parabolæ in hoc Euangelio proponuntur, quas Saluator in domo præsentibus tantum Apostolis explicauit, & ideo ad ipsos potius quam ad alios spectare apparet, quamuis ad fideles omnes etiam extendi possint. Primæ vero & secundæ idem scopus est, nempe ostendere præcium doctrinæ Euangelicæ, vel spiritualis vitæ, vel gratiæ Dei, vel Euangelicæ perfectionis, vel Christi, qui nomine regni cœlorum, sicut omnia ista intelligi potest. Et quamuis parabola de his
 omni-

omnibus exponatur, mihi Cardinalis Gaetani exposi- Gaeta-
nus.
tio placet, qui nomine regni cælorum Euangelicam vi-
tam intelligit, ad hunc ergo modum sic est parabola
interpretanda. Perfectio Euangelica regnum Dei di-
citur, quia disponit ad ipsum consequendū, compara-
tur thesauro, quia sicut thesaurus homines diuites &
beatos efficit, ita spiritualis vita, quæ omnibus huius vi-
tæ bonis minime est conferenda. Hanc homo inuenit,
qui eam cognoscit, est autem abscondita in agro studij
Ecclesiastici, inueniens autem homo hunc thesaurum,
abscondere debet in corde, ne perdat, vel abscon-
dit quia non iactanter illum ostendit, sed apud se effuse
letatur spiritualiter, ita vt pro eo consequendo agrum
emat, se a sæcularibus negotiis abstrahendo, & renun-
tando omnibus quæ possidet. Si vero ad fideles omnes
parabola extendatur, per regnum cælorum gratiam
Dei vel doctrinā Euangelicam intelligere possumus,
nā regnum Dei dicuntur propter eandem rationē, imo
de gratia Paulus ait. Gratia Dei est vita æterna &c. Est
vero thesaurus gratia Dei, vel doctrina Euangeli-
ca, quia homines diuites & beatos efficit. Inueniens au-
tem homo abscondit admodū quo exposuimus, per
agrum vero in quo gratia Dei abscondita est, intellige-
re possumus Sacramenta, vel Christum, &c. Quæ emit
quod admodum qui eum temporalium etiam rerum di-
spendio possidere procurat, fideles vero ipsum emunt
venditis omnibus cum propriis voluntatibus, & passio-
nibus renuntiant, impulsī maximo gaudio ex eius inuē-
tione concepto. Aliqui vero per thesaurum in agro
absconditū diuinitatem in humanitate latentem intel-
ligunt

Ec

ligunt

ligunt, & qui eum acquirere cupit oportet etiam àgri possessionem acquirere, quia debet cum diuinitate etiam humanitatem confiteri. Ad eundem fere modum secunda parabola explicari potest. Sicut enim Mercator quispiam vnionum quæsitior, cum præciosam gemmam inuenit, non dubitat, suas (si opus est) possessiones vendere ad ipsam comparandam, ita qui spiritualem vitam vel gratiam Dei, aut Christum, aut doctrinam Euangelicam cognoscit quibus nulla res in mundo pretiosior esse potest, eam venditis omnibus comparare nõ dubitat, ad modum quo vendere omnia exposuimus. Tertiam postea discipulis parabolam proponit, quorum officium erat homines per prædicationem expiscari, eius vero scopus est, ædicere bonos malosq. per prædicationis sagenam congregandos, vsq. ad finem sæculi, tuncq. malos a consortio bonorum separatos in ignem eiiciendos. Hoc præfixo non est quod aliud in hac parabola exquiratur, est enim adeo clara vt explicatione non indigeat. Cum vero Saluator discipulos interrogat num prædicta intellexerint, non id effecit quasi ignorās, sed vt doceret, ea omnia memoria retinenda, vt de eis alios instruere possent. Et ideo quartã parabolam proponit in qua prædicator Euāgelicus patri familias comparatur &c. Quasi dicat Christus. Quia ista intelligitis, nosse etiam vos oportet quod omnis scriba doctus in regno celorum &c. Per Scribam doctum Euāgelicus Doctor significatur, qui scriba dicitur, nõ a scribēdo, sed ab intelligētia scripturarū. Nunc hæc parabola dupliciter exponitur nã Cardinalis Gaietanus in hūc modū explicat.

Gaeta-
nus.

Quem-

Quemadmodū pater familias prudens nō solū serua t vetera vsq. ad noua, sed in tāta copia, vt cū nouis proferre possit etiā vetera: Sic etiā Doctōr Euāgelicus, in re gno cælorū, scilicet Ecclesia vel ad regnū cælorū vide licet prædicandū, nō solū sufficit thesaurizasse opportu na ad docēdū fideles, sed debet scire nouū, & vetus te stamentū ad ipsum (cū fuerit necesse) proferēdū. Obser ua autē nō dicere Christū posse proferre, sed qui actua liter profert, quia si nō profert perinde est ac si nō es set Doctōr. Cornelius vero Iāsenius aliter exponit etiā erudite, per noua vero & vetera, non intelligit nouū & vetus testamentū, sed variū doctrinæ pœnū, in hūc mo dū. Quēadmodū pater familias qui nō solū diues, sed li beralis est, & abūdātia diuitiarū suarū profert (cū opus est) noua, & vetera hoc est res varias, ita Doctōr Euāge licus ex corde diuite spiritualium opum, debet profer re cum opus fuerit sermonem variū, diuersis homi num ingenis accomodatū, scilicet nunc apertum, nunc parabolis, & figuris inuolutum. Non enim eadē semper dicenda sunt, sed ex memoriæ thesauro disci plinis referto, varia producēda sunt. Hanc doctissimus hic vir existimat Saluatoris esse mentem, qui discipu los ad se imitandum hortabatur, qui modo apertè, mo do figuratis, & parabolicis sermonibus loquebatur. Quamuis (inquit) valde sit probabile, propterea Chri stum noua, & vetera dixisse, vt ostenderet, docto rem Euangelicum ex nouo & veteri testamen to varia proferre debere &c. Et ita pa rum a Gastani expositione distat.

Iansenius.

E ū CON-

CONCIO.

RES prætiosæ raritate insignes taliter a natura absconduntur, vt magno labore eas conquiri oporteat. Aurū, Argētum, Æs, & Ferrū, intra terræ viscera occultātur, Coralia & prætiosi multi lapides, a maris fundo extrahūtur. In rebus accidentia solum manifestantur, substantia intus veluti absconsa latet. In homine anima, quæ præstantissima est, non videtur. In scriptura sacra literæ cortex omnibus patet, sensus vero absconditur. In sacramentis verba & materia ab omnibus sentiuntur, gratia vero a nemine sentitur. In Christo, humanitas omnibus patebat, diuinitas vero intus latitabat. Cum hæc ita se habeant, nulli mirum esse debet Christum regnum cælorum cōparare rebus quidē prætiosis sed absconditis, quas homines magno labore inquirere solent, vt in hisce duabus parabolis: quarum scopus est ostendere prætiū Euāgelice sapientiæ, aut spiritualis vitæ, aut gratiæ Dei, quā toq. labore eam homines comparare debeant. Regni ergo cælorum nomine spiritalis vita intelligitur, quæ regnum cælorum dicitur, quia per eā homines ibi habitare dicuntur, sicut Paulus dicebat ad Ephe. 3. Nostra cōuersatio. Et qui conregnare nos fecit, & cōsedere in cælestibus. Sed ad propositū accōmodatius ad Ro. 14. Regnum Dei non est esca & potus sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto, quasi dicat Paulus. Regnū, quo Deus in nobis regnat, non est esca, & potus, sed iustitia & pax & gaudiū. In primis iustitia, quæ omnes virtutes

tutes

tutes complectitur, ex quibus spiritualis vita constat, propterea cōparatur thesauro, quia cumulus auri vel argenti, aut pecuniarum vel vnionū thesaurus dicitur, palearum autem, aut fœni aut lignorum, non est thesaurus. Ita quidam super ædificant fœnum, lignum, & stipulam, alij autem aurum argentum, & lapides pretiosos, vt dicitur 1. Co. 3. Sic spiritualis vita nō ex paleis sicut prauorum hominum vita, sed ex auro, & vnionibus scilicet virtutibus omnibus, quas iustitia secū affert constat, sicut Pro. 8. dicitur. In viis iustitię ambulo, & in medio semitarum iudicij, vt ditem diligētes me & thesauros eorum repleam. In iis enim, qui iusticiā colunt, Saluator est, & eos ditat, & thesauros eorū replet. Qui virtutibus pleni sunt, quæ iustitiam comitantur, ex quibus spiritualis thesaurus efficitur. Vnde legitur Exo. 30. Dominū Moysi præcepisse, vt fumeret aromata, stactē, & gabbanum, & thus, & faceret thimiama compositū mixtum diligenter & purum. Tunc thimiama ex variis odoribus facimus, cum iustitiam ex variis virtutibus conflata colimus, & sic virtutum multiplicitate redōlemus. Vita enim spiritualis mixta est ex variis virtutibus, & pura sine vitii admixtione. Ita de anima iusti dicitur. Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhę, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? Canti. 3. Anima enim recta propter rectitudinem iustitiæ redolet odoribus virtutū. Sic David. Astitit regina adextris tuis in vestitu deaurato circūdata varietate, Animę amictus deauratus auro charitatis & varietate virtutū. quę a charitate famā accipiūt. Et alibi, Myrrha, & gutta, & casia a vestimē

Simile est regnū celo rū thesaurus

1. Cor. 3.

Pro. 8.

Exo. 30.

Canti. 3.

Pf. 44.

Ee iij tis.

tis tuis. Myrrha mortificationis, cassia pacis, gutta gau-
 dii spiritualis. Sic dicebat Iob. 29. Iustitia indutus sum,
 & vestiui me sicut vestimēto. Quemadmodū enim ve-
 stimēto omni ex parte circūdāmur, ita iustitia nos vn-
 diq. bonis operibus protegit, totūq. hominē redūficat,
 oculos manus cor &c. Propterea ex iustitia pax sequi-
 tur, quia iustus homo perturbationes sedatas habet, &
 passiones rationi subiūciūtur, ex quib⁹ gaudiū sequitur.
 Nō enim explicari potest, quo gaudio iustus perfrua-
 tur iuuēto hoc thesauro. Propterea dicitur Iob. 3. Qua-
 si effodiētes thesaurū gaudēt vehemēter, cū inuenerint
 sepulchrū. Qui iustitię exercitio incūbūt quasi thesau-
 rū effodiūt sicut Pro. 2. dicitur. Si quęsieris illā quasi pe-
 cuniā, & quasi thesauros effoderis illā. Gaudēt autē ve-
 hemēter, cū inuenerint sepulchrū, in quo thesaurus est.
 Nā antiqui mortuos diuitiis plenos sepeliebāt. Sicut er-
 go inueniētes sepulchrū diuitiis plenū, vehemēter gau-
 dēt, ita imo multo iucūdius, spirituales viri gaudēt in-
 uēto iustitię thesauro. De quo Pro. 8. Mecū sunt diuitię,
 & gloria, opes superbæ, & iustitia, melior est fructus
 meus auro & lapide pretioso. Tēporales diuitię nequa
 quā ad animā pertingūt, & propterea non satiāt. Quia
 quāuis infirmo frigida manus, & pulsus abluas, nequa
 quā sitim ei⁹ extingues, sunt etiā incōstātes, quia diues
 (vt ait David) cū dormierit, nō sumet omnia: spiritualis
 vero thesaur⁹ cōstās est, quia nec erugo, nec tinea &c.
 Ager vero, in quo thesaurus recōditus est, Euāgelica sa-
 piētia est, vel Christi⁹, in quo sunt omnes thesauri sa-
 pientię Dei, vel sacramēta, in quibus gratia latet, quæ
 homines iustificat, ad diferētiā mūdi, cui⁹ exterius om-
 nia iu-

nia iucunda videntur, cū interius amarissima sint, sicut *simile.*
 pillule exterius deauratæ: virtus vero & gratia ecōuer
 fo absconditæ sunt. Homo vero thesaurū inuenit, qui *Quāquā
 inuenit
 homo.
 Pro. 14*
 scilicet vere homo est, de quo Pro, 1. O viri ad vos cla
 mito. Inuētū autē abscondere dicitur, quia quamuis spi
 rituales viri thesaurum Spiritus sancti inuenerint, exte
 rius non ab illis ostenditur. Quis crederet, Iob in ster
 quilinio thesaurum istum possedisse? Quis Paulum di
 uitem hoc thesauro crederet? qui de se dicebat. Tan
 quam purgamenta. 1. Co. 4. Tobias inter mortuos hūc *1. Co. 4.*
 thesaurū habebat. Ideo Paulus 2. Co. 4. Habemus the- *2. Co. 4*
 saurum in vasis fictilibus. Tale vero gaudium ex inuen
 to thesauro in perfectis viris nascitur, vt facile omnia
 contemnant pro eo emendo, aut vt Christum habeāt,
 in quo reconditur, vel sapientiam Euangelicam, aut
 sacramenta, omnia enim in eius comparatione viles
 cunt, quia infinitus thesaurus est hominibus. Sapi. 7. *Sap. 7.*
 Et Pro. 8. Melior est sapientia cunctis opibus &c. Quia *Pro. 8.*
 omnibus rebus huius vitæ præponderat. Quæ vero de
 spiritali vita exponentes parabolā diximus, de gratia
 Dei, & de sapiētia euāgelica, intelligi etiā possunt. Nā
 gratia Dei dicitur Regnū cælorū propter easdē causas,
 & cōparatur thesauro propter quē homines cūcta flo
 cipendunt &c. Vel quia voluntatem, & proprias passio
 nes abiiciūt. Thesaurus vero ex multis præciosis rebus,
 vt auro, argēto, & lapidib⁹ cōstat, sicq. vt habeatur, dili
 gēter quære eū oportet. Ita spiritalis vita ex variis vir
 tutibus ornatur, quas oportet diligēter in vestigare.

ID est, quod hac secūda parabola ostēditur. Margari
 tæ enim virtutes significāt, quæ homo, qui negotiatur, in
 hac *simile
 est reg-
 nū cælo*

quæ
renti bo
nas mar
garitas.
Iaco 1.
Sap. 7.

Plinius

Lucæ 9

hac vita quærere debet. Margaritæ ex cæli influxu generantur: ita virtutes vitæ æternæ meritoria, a solo Deo infunduntur. Sic Iaco. 1. Omne datum optimum, & omne donum perfectum &c. Margaritæ, quia raritate insignes sunt, in prætio ab hominibus haberi solent. Sed rarior virtus est, & pretiosior. Ita Sapie. 7. Nec comparavi illi lapidem præciosum, &c. Margaritæ intra mare generantur, & conchis incluse sunt, & plerumq. aliquod simul coniunctæ inveniuntur: propter quod forsam vniones dictæ sunt. Ita virtutes in cordibus hominum includuntur, adeoq. iunctæ sunt, vt vna sine aliis reperiri non possit. Margaritæ ad mulieres exornandas comparantur: Ita virtutes animas hominum mirabiliter exornant. Margaritæ (vt Plinius ait) quæ ex influxu Lunæ matutinæ generantur, comodiore sunt, & pluris æstimari solent, illæ vero, quæ ex influxu Lunæ vespertinæ producuntur, quia aliquo modo rubæ sunt, nõ tantum æstimantur. Ita virtutes, quæ ab hominibus in iuuentute exercentur, pulchriores sunt iis, quæ in senectute fiunt quas veluti compulsi homines operantur, plurisq. æstimantur a Christo: Homines vero, vt negotiatores, has Margaritas summo studio quærere, & comparare debent. Negotiatorem primo prudentem esse oportet, vt merces rite consideret, ne decipiatur, & etiam tempus comparandi sciat, & loca, quibus melius lucrabitur, & mercium valorem: personas etiam, quibuscum eum negotiari oportet, cognoscere debet. Præterea vt longius, si opus est procedat, demum vt merces conseruare sciat. Ista latè superius explicauimus super parabola homo quidam nobilis Lucæ 19, Quæ faciliter ad vnio-
num

num spiritualium negotiarionem applicari possunt. Sed quod inuenta vna Margarita omnia negotiator det, vt illam habeat, significat, nos pro qualibet virtute inuenta omnia exponere debere, nostrisq. passionibus renuntiare, & omnia terrena præ illa contemnere. Adeo enim prætiosa quælibet virtus est, vt vna habita omnes simul habeamus; quia omnes connexæ sunt. Alij vero, (vt Augustinus) Margaritæ huius nomine Christum intelligunt, qui prætiosissimus fuit, nosq. negotiatores, sumus, qui hanc venditis omnibus comparare debemus. Quod vero Christus Margarita sit, patet, quia (vt diximus) Margarita: ita Saluator intra prætiosissimam concham scilicet Virginem beatissimam solo Spiritus Sancti opere generatus est. Margarita orbicularis est, ita Christus, qui cum a patre esset egressus, ad patrem tota intentione, & conatibus properabat. Margarita, quo candidior, leuior, & grossior, iudicatur prætiosior, Saluator candore creaturas omnes in infinitum excedit, quia candor est lucis æternæ, & Imago bonitatis &c. Sap. 7. Saluator ita lenis fuit, quod Diabolus ipsum subtilissime tentans, vestigiū in eo relinquere non potuit, Magnus etiā fuit operibus, & miraculis effectis. Fuit Saluator Carbūculus, qui nostras tenebras suæ lucis splendore illuminauit. Fuit Smaragdo quæ magnopere visum delectat, quia in ipsum desiderant Angeli prospicere, Est etiā Rubinus, qui Sirenarū cantus eludit, scilicet huius mundi illusiones dissoluit, suo enim fauore facile tentationes superamus. Est etiā sicut Topaziō qui peccatorū nostrorū leprā emundat. Est Iaspis, quæ prægnatibus auxiliatur: ita Saluator iis, qui bonarū intentionū præg-

Inuenta
vna &c.

Augusti
nus.

Sapi. 7

Ff

nantes

nantes sunt, suppetias fert. Est etiã Chrysolitus quia à
 nostris cordibus demoniũ eicit. Est Adamas quia est
 nostra fortitudo. Est etiam veluti Ambar, qui terrenas
 mentes veluti paleas ab imis ad superiora eleuãs ad se
 trahit. Est Achates, que sagittas iræ Dei detinet. Est etiã
 Anatyſto qui efficit, ne corda nostra grauẽtur crapula.
 Est etiã Saphyrus, quia speciosus forma: & si contundi-
 tur, & in pulueres redditur, multis infirmitatibus pro-
 dest. Ita Saluator tormẽtis, & cruce veluti cõfusus, no-
 ſtris infirmitatibus medetur. Nos vero negotiatores su-
 mus, qui pretioſas Margaritas quærimus. Et inuẽta hac
 prætioſiſſima Margarita, omnia vẽdere oportet ad eã
 cõparandã. Nã Christo pretioſior Margarita inueniri
 nõ potest, quæ totius mũdi prætiũ soluit. Libẽter vero
 homines ad eã cõparandã, omnia vendere debent, nã
 ipse, vt nos emeret à captiuitate Diaboli, & in libertatẽ
 assereret, semetipsum Deo obtulit oblationẽ, & hostiã.
 Nos igitur tẽporalia, quæ veluti stercorea Paulus repu-
 tabat, pro eo contẽnamus. Sed ad hãc prætioſiſſimam
 Margaritam habendam, oportet nos etiam prudentes
 mercatores esse, considerãdo loca, tempus, & alia ad
 rite negotiandũ. Et quemadmodũ negotiator sapiens,
 cũ id, quod desiderat, nõ inuenit, nequaquã otio vacat,
 sed laborat, vsquequo inueniat, neq. aliis rebus distra-
 hitur. Ita prudens negotiator, cũ in hoc mundo nihil
 præter vanitatẽ inueniat, minime in eo detinetur, sed
 transit ad inueniendam hanc prætioſiſſimam Marga-
 ritam exemplo sponsæ, quæ dicebat. Paululum cum
 pertransirem, inueni, quem diligit anima mea. Cant. 3.
 Ita si creaturas relinquamus, ad hanc Margaritam per-
 uenie-

Dedit
 omnia
 sua & cõ
 parauit
 e. g.

Canti 3.

ueniemus. Alij diuerso modo hanc parabolam interpretantur, & etiam doctissime, & litteraliter. Dicunt enim negotiatorem istum Christum esse, qui pretiosas Margaritas, id est animas hominum quæsiuit, & inuenta vna, scilicet natura humana, dedit omnia, & comparauit eam. Sed age latius explicemus. Anima nostra prestantissima Gemma dici potest. Quemadmodum enim Margaritæ conchis inclusæ sunt, sic anima corpore cōtinetur, & sicut Gemmæ generantur ex influxu coelesti, sic anima à solo Deo creatur, & ab ipso principium habet, sicut Paulus dicebat, Actuum 17. Ipsius & genus sumus. Anima candida sit per continentiam, leuis per humilitatem, lucida per bonum exemplum, iusti etiam ponderis, tanti enim eas Deus pretij esse voluit, vt omnia corporalia excederent, & quod ipso Deo tantum expleri possent. Sed primi parentis peccato, & propriis excessibus à prima illa puritate degenerarunt. Propterea Dei fili⁹ suprem⁹ negotiator descendit, vt eas ad pristina pulcritudinē reduceret. Sed qualiter ipsas prudentissimus negotiator quæserit, videam⁹. Prima boni negotiatoris cōditio est, vt sapiens sit, Saluator vero ita prudēs est, vt sapientiæ eius nō sit numerus. Deinde vt prudēs negotiator tēpora cognouit, & ita opportuno tēpore carnē assumpsit, vt Paulus dicebat ad Gal. 4. Vbi venit plenitudo tēporis &c. Cōgruo etiā tēpore prædicationē incepit, & miracula edere, & cōgruo tēpore pati, & tertia die resurgere, & certo tēpore cū discipulis cōmorari, scilicet quadraginta dieb⁹, certis etiā tēporib⁹ nos suæ claritatis radiis illustrat, nostrum etiā est refugiū (vt David ait) in tēpore opportuno. Propterea Saluator,

tor, vt sapiens negotiator, loca cognouit, in quibus cō-
 grue margaritas adquireret. Nam cum noctu asperri-
 morum montium crepidines ad orandum peteret di-
 luculo in templo concionaturus aderat: & de eo Mar-
 cus ait, Circuibat per castella prædicans &c. ca. 6. Et ita
 ad locum, vbi erat Matthæus delatus, transiens ipsum
 vocauit, & iuxta mare Galileæ Apostolos vocauit; ad
 fontem fatigatus Samaritanam conuertit; deniq. sem-
 per in illis locis commorabatur, in quibus hamo suæ
 potentissimæ gratiæ, aut verbi Dei aculeo animas ex-
 piscari quasi margaritas poterat. Ad hæc Saluator, vt
 negotiator sapiens eorum valorem cognoscebat, nos-
 triq. corporis vilitatem; Ideo dicebat, Nolite timere
 eos, qui occidunt corpus. Et propter animæ prætium
 dicebat. Quam commutationem dabit homo pro ani-
 ma sua? sic dedit potestatem Dæmoni super corpus Iob,
 sed non super animam. Cognoscebat mundi vanitatem,
 & cæli magnitudinem; sciebat virtutis prætium, & ideo
 ad ipsam homines hortabatur; sciebat vitij fæditatem,
 & sic ab eo homines retrahebat. Deinde Saluator, vt
 sapiens negotiator personas cognoscebat, quibus cū
 negotiari oportebat. Propterea dicebat Io. 7. Mul-
 tos in Christum credidisse, sed ipse non credebat se il-
 lis, quia ipse sciebat, quid esset in homine. Videns etiã
 suos Discipulos non dum aptos ad obscura mysteria
 percipienda, dicebat illis. Multa habeo vobis dicere,
 sed non potestis portare modo. Io. 12. Vidēs quosdam
 gentiles ad se venisse, dicebat. Venit hora, vt clarifice-
 tur filius hominis. Cognouit Paulū agitatū furijs, eo co-
 natu postea prædicationē suscepturum, quo in christia-
 nos

nos ferebatur. Cognouit Zacheū; cognouit Matthæū. Demū Christus, vt negotiator sapiens, diligentissimus fuit, nūquamq. otio torpuit, sed irrequieto labore animas quasi margaritas quæsiuit. Ideo Dauid dicebat. **Ps. 18.** Exultauit vt gigas ad currēdam viā. Et inter alia nomina ab Esaya enumerata illud est. Festina. Preterea Sal- **Esa. 54.** uator, vt bonus negotiator, magnanimus in emendo fuit. Nā inuenta margarita nequaquā tēpus absumpsit, sed confestim absoluta pactione pretiū soluere cæpit, & plus iusto persoluit. Nā cum guta sanguinis sufficeret, in numeros labores, & mortem per exquisitissima tormēta pertulit, ita vt eo prætio mille mundos cōparare posset. Fuit etiā magnanimus, quia cū videret sibi Phariseos opponi, multosq. ex principibus Sacerdotū sibi resistere, non propterea animū despondit, sed liberalius prætiū exponēs, maiori conatu ad emēdas merces ferebatur, ita vt in fine solutionis diceret patri. Opus consummaui **Io. 17.** Vltimo Saluator, vt prudēs negotiator, merces conseruare sciuit; & ita viuēs suos ad perseuerantiā hortabatur, iamq. moribūdus dicebat. Pater sancte serua eos, quos dedisti mihi **Io. 17.** Et cū **Io. 17.** essem cū eis, ego seruabā eos, & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis. Ecce qualiter Saluator, vt prudens negotiator, animas nostras quæsiuit. Inuenta autē vna scilicet natura humana, quæ homines margaritas cōplectitur, quæ significata est per drahmā illā, quā mulier perdiderat &c. Vel hac margarita quæuis anima intelligitur, quia taliter pro qualibet anima passus, crucifixus, & mortuus est, sicut si sola esset; imo ita homines prætiū passionis Christi sentire tenētur, ac si pro eis so-

lis Saluator passus esset. Ita Paulus sentiebat, qui dicebat, *Dilexit me, & tradidit semetipsū pro me ad Ga. 2.* Natura vero humana, & anima, prætiosa dicitur, quia quāuis per peccatū a sui status culmine deiecta vilis facta esset, imo proprijs peccatis adulterasset; tamen Saluator eius valorē considerās, minime dubitauit eā cōparare, nec solū cōparauit, sed abiit inquit. O quot passus Saluator cōfecit ad eā cōparandā, quot cōciones, quot miracula fecit, quot peregrinationes, quot labores sustinuit; tandē suæ vitæ prodigus omnia vendidit ad ipsam cōparandā. Ideo Petrus dicebat. Nō corruptilibus, auro, & argento redempti estis a vana vestra cōuersatione, sed sanguine agni immaculati. Sed quod magnopere dolendum est, pretiū hoc pro aliquibus in cassum persolutum fuisse. Multi enim huius immaculati agni sanguine cōparati, & intra Ecclesiā recepti, prauis moribus ad vilem peccati statum reuertuntur, quāuis inter bonos cōuersētur, in vltimo vero extremi iudicij die a bonis separati tāte ingratitude penas dabūt.

Simile est regnum cœlorum sicut saccus.

Simile.

Id est, quod sequenti parabola Saluator ostendit. Quæ ad eundem modum exponi debet, quo zizaniorū parabola exposita est, quia idem est vtriusq. scopus. Præterquā quod ibi malos in toto mundo bonis permixtos esse ostendit; hic autem de ijs loquitur qui intra Ecclesiā bonis permixti sunt; quos prædicatio euāgelica per saccum significata intra se colligit. Piscatores Apostoli & prædicatores sunt. Quam admodum enim piscator saccum in mare mittit, cum nesciat, quot pisces capturus sit, imo sæpe vacuū saccum extrahit; ita prædicator verbi Dei retia iactat, cum ignoret, quinā

con-

cōuertendi sint. Sicut Actuum 13. dicitur. Crediderunt, Actuum
13.
 quot quot erāt præordinati ad vitā. Præterea piscato-
 res quāuis pisces minime expiscentur, non propterea
 cessant. Ita Prædicatores quāuis paucos, imo nullum
 suis prædicationibus moueri videāt, nō propterea cęp-
 tis desistāt, sed (vt Paulus ait,) insistent opportune, im-
 portune. Demum pisces, vbi lucrum apparere vi- 1. Ti. 4.
 derint, nulli labori parcunt; ita prædicatores, vbi anima-
 rum lucrum viderint, ad quod a Deo electi sunt, ne qua
 quā eos labor deterrere debet. Sic Paulus 2. Co. 12. E- 2. Co. 12
 go libentissime impendā, & super impendā pro anima-
 bus vestris. Vltimo pisces pauperes vt plurimum
 esse solent, nihil præter retia possidentes, ita prædica-
 tores paupertate maxime splendere debent, & a turpi
 lucro magnopere abstinere, sicut Paulus. Qui cum ius-
 tissime sumptus a prouincialibus, quibus prædicabat,
 accipere posset, tamen ad maiorē eorum edificatiōē
 etiā ab his accipiendis abstinēbat, sicut ipse dicebat. 1.
 Co. 9. Bonum est mihi mori magis, quā vt gloriā meā 1. Co. 9.
 quis euacuet, quā videlicet habebat nō accipiēdo sum-
 ptus. De hac enim gloria Paulus loquebatur. Similiter
 2. Co. 12. Paratus sum venire ad vos, & non ero grauis 2. Co. 12
 vobis. Nō enim quero vestra, sed vos, isti veri erāt pis-
 catores, & propterea tot homines expiscati sunt. O-
 lim enim pauci pisces multa piscium millia cōclu-
 serunt verbi Dei retibus, et modo tot pisces nec v-
 nū piscē capere possunt. Causa vero est, quia tunc veri
 pisces erāt, modo minime. Quod Hieremias Dei
 voce insinuare videtur, cum ait cap. 16. Ecce ego mit- Hierem.
16.
 tam pisces multos; & piscabuntur eos. Et post
 hæc mittam eis venatores multos, & venabuntur eos.

Anti-

Simil.

Antiqui quidem, scilicet Apostoli, & eorum successores, piscatores erant: hodie vero prædicatores venatores dici possunt. Piscatores enim quiete sagemam extendentes, & in mare mittentes solent copiosam piscium multitudinem capere: venatores vero cum multoties magnis vocibus toto die discrucientur, vix leporem venantur. Ita Apostoli, & eorum successores multa hominum millia verbi Dei sagma includebant: hodierni vero concionatores, cum magnis vocibus discrucientur, vix vnum peccatorem conuertere possunt. Sed

Simil.

quam apte Euangelij prædicatio sagemæ missæ in mare, id est, in mundo comparetur, videamus. Nam cum sagma mittitur, pisces aliquot intrare renuunt. Alij vero ingrediuntur, sed fracto rete postea fugiunt. Alij se captos sentientes reslire nituntur. Alij in cæno etiam capti volutantur. Alij vero capti ad supera eleuantur. Ita prædicantibus Apostolis, & eorū successoribus Euāgelium, quidam, vt Pagani, & Iudæi multi, intrare Ecclesiam recusarunt. Alij quidem intrarunt, sed postea rete veluti rumpentes exilierūt, hi fuere hæretici, qui Ecclesiam, & Sacram Scripturam rumpentes ab Ecclesia recesserūt. Alij vero se cōprehensos vidētes, qui veluti coacti detinentur solo hominum respectu vel timore. Alij vero, quamuis in ecclesia capti detineātur, peccatorum cæno inuoluuntur, sicut peruersi multi. Alij vero, vt studiosi à terrena conuersatione, per verbum Dei ad cœlestem eleuantur. Sagma vero hæc plena erit, cum electorum numerus completus erit. Tunc (vt ipse Saluator exponit) secus litus, id est, in Iudicij loco sedentibus Christo, & Apostolis eius assessoribus,

quam
cum im
pleta es-
set.

seffores, & sancti separabūt Angeli malos de medio iustorū, vt perpetuo inferni igne crutiētur flentes eū maximo stridore dētium. Qualis vero erit ista separatio, quāq. terribilis, superius in parabola zizaniōrū explicauimus. Has vero parabolas Saluator discipulis prædicauit, vt sibi minime displiceret, cū viderēt simul cū bonis malos sua prædicatione collectos. Et propterea hac parabola explicata dixit. Intellexistis hæc omnia. Quibus serite intellexisse respōdētibus quasi inferēs dixit. Ideo omnis scriba doct⁹ quasi dicat. Sicut ego primo thesauri, & margaritæ parabolas proposui, homines ad vitæ perfectionē & virtutes quærītādas alliciēs, & postea iudiciij mētione feci, vt qui dulcedine regni cælestis nō cōuertūtur, saltē minis terreātur, ita Prædicator doctus in regno cælorum scilicet Ecclesia, cōparatur homini patri familias, qui profert noua, & vetera. Quia bonus prædicator noua ex testamēto nouo scilicet bonū nuntiū, & misericordiam prædicet, & vetera scilicet ex veteri testamēto iudiciū. Nam sicut pater familias

Intellexistis hæc omnia.

Omnis scriba doctus.

Simile.

Ezech. i.

Gg SIM I.

SIMILE EST REGNUM CAE

lorum decem virginibus, &c.

Matthæi. 25.

HÆC parabola celebris est & difficilis, quia varie a patribus exponitur. Et quamuis omnes expositiones piæ sint, duas tamen præcipue dignas iudicavi quod in medium proponantur. Prior est, ut parabola ad omnes fideles extendatur, alia vero ut de his tantummodo exponatur qui bonis operibus incumbunt. Sed pro utriusque explicatione quædam prius observanda sunt. In primis sciendum non oportere partes exempli consistere, scilicet quod ita accidat sicut refertur, nam cum Soluator accersitis personis & fictitiis utatur ad spiritualia explicanda, non necesse est ita fieri ut refertur. Et ita non est curiosius perscrutandum quomodo virgines cum Lampadibus sponso & sponsa occurrant, cum id fieri minime videamus. Quamvis verisimile sit moris apud Iudæos fuisse, ut sponsus nocturno tempore cum aliis adolescentibus sponsa domum adiret, sponsa quoque cum aliis Virginibus prodiret obviam &c. Et ita commoditati exempli obest quod in textu legitur sponso & sponsæ, quamvis apud Græcos non legatur sponsa, verum quia spirituali intelligentiæ non obstat parum curandum est. Cum vero dicitur exierunt obviam, intelligendum est sic, id est ad exeundum se præparaverunt, nam postea illis dicitur exite obviam. His præfixis ad parabole interpretationem accedamus, quæ fidelibus cunctis aptari potest. Scopus eius est monere omnes ut vigilent propter incertitudinem adventus eius, ne eos peccati somno oppressos inueniat. Nomine ergo regni celorum Ecclesia significatur quasi dicat

cat

cat Saluator. Sic accidit in Ecclesia quę regnū cęlorū dicitur, sicut de cę Virginibus &c. Per spōsum & spōsam Saluator intelligitur cū Ecclesia, accurrūt autē fideles Ecclesię sicut matri vel intelligitur Dei filius cū sua humanitate &c. Per decē vero Virgines omnes fideles intelligūtur. More vero prophetarū Virgines dicūtur, & etiā propter fidē. Cū his Virginibus Saluator supremas nuptias celebrat cū sua spōsa Ecclesia. Per accēsas lāpades bona opera significātur quę in nobis proximi splēdere vidēt. Quod vero Virgines se acceptis lāpadibus ad recipiēdū spōsum parauerunt, significat fideles omnes per fidē & exteriora opera se parare in occurfū Christi dicētes quidē exterius, se illius prestolari aduētū. Sed quæmadmodū inter Virgines quædā fatuę erāt & quædā prudētes, ita inter Christianos nōnulli imprudentes sunt scilicet qui sola fide, & aliquibus exterioribus operibus quibus ipsam protestātur metu potius & hominū respectu quā amore cōtenti Charitatē in anima per oleū in vasis significatā nō habēt. Morā autē facit spōsus quia aduētū suū vltra quā creditur differt, vel morā facit quādiu per mortē venire differt. Alia vero quę sequūtur dupliciter exponi possunt. Primo vt in hac vita consistentibus adhuc, aptentur in hunc modū. Quod morā faciente Christo dormire omnes & dormire dicuntur dispari modo intelligendum est, ita vt dormire quod nō est perfecte dormire ad prudentes referatur dormire vero ad fatuas, nam prauī homines dormiunt peccati somno perfecti vero somno alicuius negligentię neq. enim adeo quispiam perfectus est, cui non obrepat somnus alicuius negligentię vel dormire omnes dicuntur, quia cum Saluator aduentum

Gg ij differt

differt quieti omnes quodammodo esse videntur, pravi quidē homines securitate, & pace peccati de qua David. Pacem peccatoris videns, electi vero certissima præmiorum spe quieti esse videntur. Media vero nocte id est hora hominibus incognita quando minus putatur, clamor fit per egritudinem adesse sponsum cum iam mors fores pulsat. Tunc tam boni quam reprobi se præparant, vt experientia constat, videbis enim prauos homines morte fores pulsante se præparare non quidem perfecta penitentia, sed falsa quia non voluntate integra sed imperfecta metu potius tormentorum quam Dei amore mouentur, tunc vero opera sine charitate effecta extincta apparent, quæ scilicet a fide mortua dimanarunt. Prudentium vero opera splendidissima tunc apparent. Tunc etiam pravi homines ad sanctorum suffragia accurrunt, non sincere & candide, sancti vero ad Ecclesiæ ministros eos remittunt, & ita ipsi confitentur quidem sed sine eo quod ex corde doleant. Sicq. nec clamantes admittuntur, quia clausa est ianua, sicut de Antiocho dicitur. Orabat scælestus Deum a quo non erat misericordiam consequuturus, iuste enim tunc Deus illis auxilium denegat sicut Augullinus ait. Hac animaduersione percutitur peccator &c. Ex quibus patet periculosum esse valde differre vsq. ad mortem penitentiam. Sed prouidere sibi sicut prudentes virgines, quæ quia paratæ erant ad cælestes nuptias introierunt &c. Cornelius vero Iansenius in hunc modum prædicta exponit. Quod moram faciente sponso dormitaucunt primo, deinde dormierunt significat fideles tardante

Augusti
nus.

Iansenius.

dante Christo primo dormire per infirmitatem, dormire vero deinde per mortem. Clamor vero fit media nocte, quia Salvator cum iam omnes homines mortis somno oppressi erunt, voce Archangeli omnes excitabit ad sibi occurrendum venienti adiudicandum. Per ea vero quæ sequuntur nempe lampades fatuarum extingui, & mutuo a prudentibus petiisse, & quod clausa sit ianua, quodq. venientes postea & clamantes non fuerint ad missæ, nihil aliud significatur, quam quod in die iudicij tunc imprudentes, & pravi homines sentient opera sine charitate emori, nulliusq. momenti esse, frustra q. ab aliis auxilium petent, quia a bonis deserentur, qui cognoscent sibi nihil esse superflui, & ita eos sero remedia quærentes abiicient, & quia imparati Salvatoris aduentum expectarunt ab æternis nuptiis excludentur. Ad hunc modum explicata parabola non est opus sigillatim omnes eius partes applicare, sicuti superius admonuimus. Alio modo prædicta parabola exponitur præfius, ita vt ad eos tantum modo extendatur, qui bonis operibus incumbunt, per eamq. rigor diuinæ iustitiæ declaratur, qui non solum prava opera, sed studiosa an candide & sincere fiant disquiret, sed hoc late in cōcione dicemus.

G iij

CON-

CONCIO.



SI Christus sola sui aduentus incertitudine, tot olim parabolis homines ad virtutū studia, & ad vigilādū accēdebat, sufficiētissimā esse causā rat⁹ ad homines in officio cōtinēdos, ne imparatos nihilq. tale expectātes inueniret. Si districtissimum eius diei examē simul cōsideremus quo nostra opera veluti ponderādo discutiet in morte, longe mordaciorē in nobis curā accēdet. Adeo nāq. districtū est, vt nō solū praua opera prodat, sed studiosa multa, quæ recta oculis hominū videbantur, futilia indicētur: imo quæ premiū nobis mereri videbātur, supplicio digna appareāt. Ita dicebat. Cum accepero tēpus, ego iustitias iudicabo: Deus cum mortē immittit, tēpus accipit, quod homini ad vitā secundum virtutem instituentem concesserat; quo quidam in grate abutūtur, & tūc non peccata solum, sed virtutum opera an candide, & sincere facta fuerint, iudicabit. Propterea etiā dicebat

Amos 7 Amos cap. 7. Vocabit Dominus iudiciū ad ignē, & deuorabit abyssum multam, & comedet partem domus domini. Ad ignē Deus iudiciū vocat, cū igne impios puniēdo iustitiæ munus exequitur, & tūc in extricabiles multorū hominū mētes veluti abyssum, quæ exterius quadā virtutis imagine virus superbiæ contegebāt, cōcremabit, & magnā etiā domus suæ partē, id est eorū qui veluti Dei cliētes, & aulici exterioribus operibus videbātur. Sic etiam Iob 9. Verebar omnia opera mea sciēs, quod nō parceres delinquēti. Hoc profecto horren-

horren-

horrendū timorē nobis incutere deberet. Si enim qui virtutū operibus incūbūt, ita districte examinātur, qui ad diuersa indies scelera effrenilibidine rapiūtur, vbi pa rebūt? Propterea expauescebat Eliphaz Iob 15. dicens: Quid est homo, vt immaculatus sit, & iustus appareat Iob. 15. natus de muliere? Ecee inter sanctos eius nemo immu tabilis, & cæli non sunt mundi in cōspectu eius, quan- to magis abominabilis, & inutilis homo? Ac si dicat, Quis cum seuerum iudicij Dei examē subierit, sine pec- cati maculā esse poterit? Nā iusti a virtute ad vitium sep- ties in die cadentes mutantur, & qui cælestem vitam exterius agere videbantur, ante iusticię Dei oculos in mundi videntur, quanto magis abominabilis homo? Certe quos tātæ seueritatis formido nō perculit, & a peccati somno nō excitat, mortui vel insensibiles sunt? Præsertim cū incertus sit tanti examinis dies & hora. Ea propter Saluator proposita nos parabola ad vigilan- dum hortatur, nō ob id solum, quod diē & horā ignore mus, sed propter seuerū eius iudiciū, quo bona etiā ope ra, nequaquā sincere, & cādide facta discutiet. Nā Chri- stus in præsentī parabola non de iis, qui aperte vitiorū dulcedini succūbūt, loquitur, sed de iis, qui virtutibus incūbentes iustitiā colūt, quorū magna pars, quia mali- gne exterioribus solum operibus spectantium oculos pascunt, a Christi nuptiis excludūtur. Regni ergo celo Simile est reg- nū celo- rum. rū nomine Ecclesia, sicut multoties repetitū est, signifi- catur. Quasi dicat Saluator. Simile quid piā multis in Ec- Decem virginibus. clesia accidit, quale decē virginibus &c. More Prophe- tarū fideles Saluator virgines vocat. Sicut Hie. 2. dicebat. A modo voca me, pater meus, dux virginittatis meę. Cō- grue

grue vero taliter vocantur, propter fidem qua Christo
 2.Co 11. despōsantur. Sicut Paulus dicebat 2 Co. 1. Despōdi vos
 vni viro &c. Animarum vero sponsus Christus est, qui
 bus cum per baptisma contraxit, quo nomine amoris
 eius magnitudo exaggeratur, qui matrimonium velu
 ti contrahere dignatus est, ita vt, quę ab eo separātur,
 simile. adulterę dicantur. Adeo vērō nōnulli vxores suas di
 ligunt, vt quid quid expetant, libenter eis concedant,
 ita vt oris carum serui videantur: longe autem maior
 Christi amor est, qui præter innumera, & inæstimabi
 lia dona, quę in baptisate concessit, sicut viri ab vxo
 rum, ita ipse veluti ab ælectorum ore dependeat, sicut
 grauiſſimis verbis & ad propositum accomodatis dice
 bat per Oseam, cap. 2. Desponsabo te mihi in fide, &
 of. 2. scies, quia ego dominus: & erit, in die illa exaudiam, di
 cit dominus, & exaudiam cælos, & illi exaudient ter
 ram, & terra exaudiet triticum, vinū, & oleum, & hæc
 exaudient Iezrael. Ecce quam fidele matrimonium,
 quam diligens sponsus. Fructibus enim terrę ad neces
 sitatem iusti clamantibus ad terram, ipsa tunc terra ad
 cælum clamabit quasi dicens. Da mihi aquas, quia iu
 stus indiget, & tunc cælum ad Deum clamabit quasi di
 cens. Da mihi nubes, tunc (ait Deus) ego exaudiam cę
 los, & dabo nubes, & cæli exaudient terram, & dabunt
 aquas, & terra exaudiet triticum, vinum, & oleū. Et sic
 ego, & creaturę meę exaudiemus fidelem animā, quę
 Iezraelid est semen Dei dicitur, quia a Deo creata est.
 Animarum vero Christus zelantissimus est, adeo vt
 zelus eius quamlibet etiam extremam hominum ze
 lotypiam superet. Sola enim lethali cogitatione sine
 opere

opere anima adultera dicitur. Imo nec patitur, vt vel verbum sine ipso loquatur, ita facile ob zelum quasi leui ramusculo commouetur. Propterea Dei zelus igni cōparatur, sicut Dauid ait. Accēdetur velut ignis zelus meus. Non enim ita facile ignis ad contactum sulphuris fistule, vel tormentarij pulueris, aut fomenti accenditur, sicut Dei zelus ad quoduis etiā leue animæ peccatum commouetur. Magna illa inter homines zelotypia iudicatur, qua perciti viri, eos quos vxores diligere suspicantur, occidunt, ita Christus multoties viris vxores, vel vxoribus viros, vel vtrisque filios, aut fortunas e medio tollit, quando taliter erga eos amore afficiuntur, vt ipsius obliuiscantur. Propterea multos charissimarum rerum consortio priuat, quas Deo præponūt. Manifeste autem perditionis signum est, cū ab anima Deus huiusmodi zelum subtrahit, & eā cōcupitis frui finit. Sicut per Ezechielem dicebat cap. 16. Auferetur zelus meus a te, & quiescam, nec irascar amplius eo quod nō fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ & prouocasti me: Quasi dicat. Quia separata es a me per peccatum, nequaquam zelabo salutem tuā: quiescam nihil tui curans, nec irascar tecum, sed relinquam te quasi nihil ad me attinentem. Si qua ergo mulier talem haberet virum zelotypia flagrantem, qualiter vitam institueret? Imo qualiter gestus, & motus omnes sui corporis componeret? Ne quam viro suo iam ex se suspicaci occasionem præberet? Et si absens esset, illumq. venturam speraret, nec sibi ipsi præ timore fidens, clausa semper maneret, & a licitis etiam abstineret sollicite curās, vt quālibet a viro suspicionē tolleret,

Simile.

simile

Ezec. 16.

simile.

Hh. ne sibi

Quæ ac
cipiêtes
lâpades.
Simile.

Ecclesia
stici 32.

Esa. 58.

Obuiã
spõse &
sponsæ
quinq,
autẽ ex
eis &c.

Amos. 2

ne sibi vel in fonti irasceretur. Id ipsum profecto fidelẽ animæ efficere deberẽt, quæ sponsum a deo zelantem earũ salutem habẽt, sollicite secundum virtutẽ mores instituẽdo, quo virtutum numeros implerent, Christũ in morte præstolantes. Id est enim lampadibus accensis exire, quem admodũ enim obscurum cubiculum propter tenebras exhorrescimus, accensis vero lampadibus clarum, & illustre redditur, ita vt libenter in eo maneamus: Ita prauorum hominum mentes peccatorum tenebris obuolutæ, si accensis virtutum lampadibus clarescant, Deus in illis habitare non dedignatur. Sic dicitur Ecclesiastici 32. Qui timent Deum, inuenient iudicium iustum, & iustitias suas quasi lumen accendẽt. Qui enim filiali timore Deum verentur, iusto Dei iudicio suorũ laborũ præmiũ hic, & in futuro seculo recipient; & istius iusticiæ opera quasi lumẽ, quo ipsi interius illustrãtur, & proximos exterius instruunt, accendũt. Ad hunc modũ Esa. 58. Implebit splendoribus animã tuam. Opera ergo virtutum sanctorum splendores, de quibus Dauid loquebatur, cum dixit. In splendoribus sanctorũ &c. dici possunt, quibus quasi lâpadibus Christo, & Ecclesiæ secundam aliquos, vel Christo cum sua humanitate obuiam itur, sicut sponso, & sponsæ.

SED quod ex virginibus decẽ, quæ accensis virtutũ lâpadibus spõsum expectabãt, quinq. solũ prudẽtes, reliquæ fatuę essent, mirũ profecto videtur, imo terribile, & quod mordacẽ in nobis curã excitare deberet, sollicitũq. timorẽ incutere. Ita Deus minabatur per Prophetã Amos c. 2. Vrbs, de qua egrediebãtur mille, relinquẽtur in cõtũ, & de qua egrediebãtur cõtũ relinquẽtur in

ea dec;

ea decē. Fidelium numerus, sicū infidelium multitudine cōferatur, quasi centū respectu mille esse videtur, & si eos, qui exterius bene operari vidētur, eis, qui prave exteri⁹ operātur, cōparaueris, quasi decē respectu centū iudicādi sunt. Sed quid horribilius, quā quod isti decē diu no examine excubriati ad quinq. reducātur? Si ij, qui studio sis virtutū operibus incūbūt, Dei iudicio expurgati, taliter minuūtur, qui genio indulgentes, pravis operibus Deū irritare nō celsāt, quo supplicio digni iudicabūtur? Propterea dicebat Esa. 32. Si super humū populi mei spi
 nę, & vepres ascēdēt, quāto magis super omnes domos
 gaudiū ciuitatis tumultuātis? Ac si dicat. Si in illorū mēti
 bus, qui populi mei esse videbātur, qui velut exculta ter
 ra exterioribus virtutū operibus erant, peccatorū spinę,
 & vepres superbię, & inuidię interioribus pullularūt, quid
 de illis dicendū, qui velut confragosa terra spinas sem
 per, & tribulos peccatorū producant? Sed quānā sit pru
 dentię, & fatuitatis causa videamus. Prudētes prouide
 pręter lāpades oleū in vasis portabāt, fatuę vero minime.
 Electi nāq. pręter exteriora virtutū opera, quibus splen
 dēt, intus, etiā bonę conscientię testimoniū habent, soli
 Deo placere cupiētes, & ita animā interioribus virtutibus or
 natā habēt. Quia vt David ait. Gloria animę, quę filia Re
 gis est, per creationē, ex interiori virtutū pulchritudine
 cōsurgit. Et Paulus. Gloria nostra hęc est testimoniū cō
 sciētię nostrę. Ij nāq. magnopere curāt, ne bona opera
 superbię tinea corrūpātur. Sic dicebat Paulus ad Gal. 6. Gala. 6.
 Opus suū probet vnusquisq. & sic gloriā in se ipso habe
 bit, & non in altero. Fatuę vero sine oleo in vasis spōsū
 expectabāt. Quidē enim solis exteriorib⁹ virtutū operib⁹

Esa. 32.

Pruden
tes

2. Co. 1.

Gala. 6.

Fatuę

Hh ij

quibus

quibus spectantium oculos pascunt, contenti, superbi intus & vani non habent bonæ conscientiæ testimonium. Sicut plerisque videas operibus virtutū exterius incumbere, ita superioribus compellentibus, vel status sui habitu exposcente, cum gratiæ oleo careant, & cōscientiæ testimonio, intusque peccati virus occultent. De quibus Esa. 9. Dicebat. Telæ eorum non ad vestimentum, neque operientur operibus suis opera eorum inutilia. Virtutes vestes animæ sunt, sicut multis scripturæ locis patet. Sicut Apo. 16. Beatus qui custodit vestimenta sua &. Aliqui vero operibus exterioribus telam texunt, sed quia sine gratia fiunt & charitate, ideo non vestiuntur, neque calefiunt eis, quia sunt opera inutilia. Sic Ecclesiastici. 2. dicitur. Væ peccatori terram ingredienti duabus viis, cum scilicet Dei est, quod exterius opere cōplet; & mundi, quod interius in mente retinet. Gabaonitæ mentitis vestibus, & calceis, & fallacibus verbis se quidem longius venisse mentiebantur, & vicinos postea esse depræhensi sunt. Ita multi apparentibus iusticiæ operibus, peregrinos ab hoc seculo se esse ostendunt, qui quidem mundo deditissimo secularibus detiores deprehenduntur, illorum gloriam captantes, Deoque nequaquam placere studentes. Quod quidem iram Dei irritare certum est. Quid enim acerbius spōso zelotipia flagranti, (qualem Christū esse docuimus) accidere potest, quam quod vxor eius ipso præ aliis cōtempto, se comat, & ornet, ut illis, quibus cum adulteratur, placeat, & eos in sui amorem alliciat? Certe, ut in ipsam cruēter maritus animaduerneret, mereretur. Ita multi Christo præ hominibus contēpto, ut illis placeant,

ceant,

ceant, exterioribus virtutū operibus ornantur, cū ergo Christus zelātissimus sit, quo supplicio eos afficiet? Sic dicebat Deus Ezechielis 16. In quo mundabo cor tuū, ait dominus, cū facis omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? Cōtrariū suadebat Noemi nurui suæ Ruth. 2. dicebat enim &c. Lauare & vngere, & induere cultioribus vestimētis, nō te videat homo. Et iussit vt Booz soli se ostēderet, quē spōsum obtabat. Ita fideles efficere profecto deberēt, vt loti per cōfessionē & gratiæ oleo vncti, induti virtutū vestes, soli se suo spōso ostendāt. Sed cōtra multi faciūt, ideo fatui, alij autē prudentes iudicādi sunt. Quod vero tardāte spōso dormire omnes dicātur, dispari somno intelligēdū est. Studiosi enim homines, qui secularibus negotiis minime se immiscēt, sed ab eorū tumultu immunes, & feriati viuūt, quietę vitę, & cōtēplationis somno dormire dicuntur. De quibus dicitur. Pro. 3. Custodi legē, atq. cōsiliū, & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis: tunc ambulabis fidutialiter in via tua, & pes tu⁹ nō impinget. Si dormieris, nō timebis, quiesces, & suavis erit somnus tuus. Illi soli vita gratiæ viuere dici possunt, qui legē Dei custodiunt, & cōsilia etiā seruant, qui plerumq. sermonis gratia pollēt ad proximos instruendos, hi fiducia pleni suæ peregrinationis tempus trāsigunt, absq. eo quod per peccatum cespitare videātur, & secure sine pauore a mundi negotiis semoti suauiter dormire poterūt. Sic Job. 11. dicitur. Habebis fiduciā proposita tibi spe, & de fossus securus dormies. Studiosi hęc mines ita a mundi tumultibus, immunes sunt, vt de fossi in vita, & sepul ti esse videantur: tales ergo fiducia pleni sunt, certissi-

Ezech.

Ruth. 2.

Morā
autē fa-
ciēt spō-
so dor-
mitaue-
runt.

Pro. 3.

Job. 11.

Hh iij mi

mis Euāgelij verbis sibi spe proposita, & quasi sepulticō
 tēplationis somno securi dormiūt. E cōtra prauī ho-
 mines, ebrietatis & crapulæ somno dormire, cēseri de-
 bent: qui cū a fide promissa recesserint, peccati somno
 oprēssissime aliquo Dei timore quiescūt. Sicut nautis la-
 borātibus iāq. submergi timēt im^o Ionas dormiebat, ita
 multi Deo super eos iusticiæ gladiū vibrāte dormiūt,
 quiete vitiiis indulgētes. Propterea dicebat Christus Lu-
 cæ 21. Attēdite vobis ne grauentur corda vestra crapu-
 la & ebrietate, & superueniat in vos repētina dies illa,
 Qui corporis curam habent ludis, & cōpotationibus.
 & delitiis, se tales non curant. Propterea Christus attē-
 dite vobis, tunc enim sibi homines attendunt, cū ani-
 mę curā gerunt. Attendendū ergo, ne iumentorū mo-
 re, somno vinoq. sepulti taliter iaceamus, vt repentina
 dies Christi superueniēs nos imparatos occupet. Nec
 est, quod vel saluti, aut aliis confidamus. Nihil certius,
 nihil incertius morte: quemadmodum enim (vt dici-
 tur Ecclesiastes. 9.) decipiuntur pisces hamo, & aues la-
 queo, cōprehendūtur. Ita homines in tēpore malo, cū
 eis repēte superuenierit. Hamo enim pisces magni &
 parui & mediocres capiūtur. Ita homines multi in ip-
 so vitę limine moriūtur, alij in iuuentute, alij senes, nul-
 lūq. vitæ tēpus securū a morte iudicari potest. Id igitur
 est media nocte clamorē fieri, scilicet insperato tēpo-
 re mortē fores pulsare. Sic dicitur Apo. 3. Si nō vigilaue-
 ris, veniā ad te sicut fur, & nescies quahora veniā ad te.
 Nā quemadmodū ad vocē vnus ancillulæ latrones ef-
 se in clamātis tota familia cōturbatur, & raptim omnia
 agūtur. Ita clamor aduētus Christi horrendū timorem

incu-

incusit. Sic dicebat Iob cap. 37. Super hoc expavit cor
 meū, & emotū est de loco suo, audiet auditionē in ter- Iob. 37.
 rore vocis eius. Nulla res adeo cor hominis terret, si-
 cut Christi vox, fores per mortē pulsantis, ita Soph. 1. Soph. 1.
 Vox diei domini amara, & tribulabitur in ea fortis.
 Quid nā amarius hominū auribus in sonare potest, quā
 vox diē domini annuntians? Tūc enim, nō debiles so-
 lum, quos ante actæ vitæ conscientia flagellat, sed for-
 tes, qui scilicet iustitiam coluerunt, timore concutien-
 tur. Ad hanc aduentus Christi vocem, surgentes Virgi- Tūc sur-
 nes ad suas lampades exornandas conuertuntur. Sola rexerūt
 enim virtutis opera eo tempore patrocinari poterūt. & orna-
 Omiseri, & vecordes mortales, vbi ea sunt quæ toto uerunt,
 vitæ tempore coluistis? Vbi diuitiæ, quas cum anima- &c.
 rum pernitie veluti idola colebatis? Vbi honores, quos
 in curiis regum commorantes tanto studio procura-
 stis? Vbi sunt delitiæ, quibus putre corpus tot annis ad
 satietatem vsq. fouistis? Ita Hiere, 2. dicitur. Vbi sunt Hiere. 2.
 dij tui, quos fecisti tibi, surgant, & liberent te in die af-
 flictionis tuæ. Ad nullum eorum conuertuntur, sed si
 quæ bona opera splendere viderint, in ea mortis tem-
 pore oculos iniiciunt. Sed fatuarum lampades eo tē-
 pore extinguuntur, opera enim nequaquam candide,
 sed maligne propter homines effecta, illhuc vsq. per-
 tingere poterunt non amplius, & ideo extinguuntur.
 Propterea dicitur Pro. 11. Ne æmularis viros impios Pro. 11.
 quia non habent futurorum spem, & lucernæ impio-
 rum extinguentur. Impij profecto sunt, qui gloriā ex
 bonis operibus procedentem a Deo surripiunt. Hi er-
 go non sunt imitandi, quia nullam futuræ vitæ spem
 habent

habent, simul enim cum corpore speseorum sepelitur: & virtutum opera maligne facta, quæ velut lucernæ apud homines splendere videbantur, mortis tempore extinguuntur, Quod quidem Iob gravissimis profecto verbis & ad propositum accomodatis explicavit cap. 18. Lux impij extinguetur, & nō lucebit flamma ignis eius. Lux ob tenebrescet in tabernaculo illius, & lucerna, que super eū est, extinguetur. Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum: Quasi dicat: Si quid lucis, si quid splendoris, ex bonis operibus in homine impio erat, totum mortis tempore extinguetur. Flamma vero amoris eius, quem non Deo sed mundo consecrauit, minime splendet; ita ut in tabernaculo animæ eius nihil lucis, quæ a virtute procedat, relinquatur, sed omnia in anima tenebris obvoluentur; præsertim intellectus, qui velut lucerna super ipsum est, is multoties iusto Dei iudicio taliter extinguitur, ut cæcorum more nec se, nec alias potentias dirigere possit. Quidam enim ita obfirmato animo peccatis succumbunt, ut iure in mentis cecitatem incidant. Tunc gressus arctantur. Deus hominibus libertatem cōcessit, ut qua vellent, ambularent, vel per arctam salutis viam, vel per amplam perditionis; ipse vero late per vias difficiles iniquitatis ambulavit. Tunc vero Deus (ut vulgo dicitur) gressus præcidet, & qui arctam salutis viam ingredi noluit, meretur, ut gressus virtutis eius arctentur & adstrictum mortis callem perducatur. Iste est locus angustus, a quo neq. ad dexteram, neq. ad sinistram declinare homo potest. In quo euaginato gladio sicut Balaam obuium habemus Angelum.

gelum iustitiam Dei comminantem. Ita miser peccator, qui a via Dei tot annis auis itineribus declinavit, ad mortis strictum callem tandem perducitur, a quo recedere neq. hac, neq. ilhac potest, & Angelum iustitiam Dei comminantem euaginato gladio obuium habet. Taliter ergo miser peccator coarctatus quid efficiet? Quo confugiet? Eius opera iam extincta sunt, mundanus fauor non prodest. Ad pios, & prudentes homines tandem miseri confugiunt, interioris virtutis, & bonæ conscientiæ oleum, quod sibi deest, expetentes. Quia renuerunt laborando in futurum sibi prouidere, nunc mendicant. Ita Proverb. 6. dicitur. Veniet tibi sicut viator ægestas, & mendicitas sicut vir armatus. Illi autem dicant. Ne forte &c. Et Quamuis non omnia, quæ in parabolis dicuntur curiosius explicanda sint; quia tamen a patribus, & recentioribus, quæ sequuntur, explicantur, non nihil dicemus. Prudentes viri solita modestia nec sibi sufficere existimant, & propterea ad Ecclesiæ ministros ipsos remittunt, ad confessarios, & alios, qui sacramental ministrant. Tandem ad illos accurrunt; & tunc apparet, quam verum est, quod sequitur. Et precipitabit eum consilium suum. Tunc præcipitatur consilium, quando multa breui tempore agenda instant. Tunc miser peccator hinc infirmitate urgente, inde morte fores pulsante raptim omnia efficere cogitur, nam testamentum condit quasi præceps; multorum mensium imo annorum confessio raptim fit, sceleriter sacram synatim recipit, & oleo sacro inungitur. Non vides, quomodo

Dat: no
bis de
oleo ve
stro.
Prou 6!

Ne for-
te nõ suf-
ficiat.

li modo

modo præcipitatur consilium, cum plerofq. omnia ista efficere, & tria simul sacramenta vnus dieculæ momento suscepisse non semel viderimus? Ecce quo perducuntur improuidi. Econtra vero prudentes electorum mentes, præparatæ sunt quia ipsorum lampades. Tunc immisso interioris virtutis oleo & conscientiæ bonæ splendidiores sunt, & magis collucere videntur. Sic Esai. 58. dicebat Orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies: Quia in tenebris mortis lux electorum oritur, & tenebræ eorum, scilicet mors splendet sicut meridies. Id etiam Iob grauissimus verbis explicauit capite 11. dicens. Si non manserit in tabernaculo tuo in iustitia, tunc leuare poteris faciem tuam absq. macula, & eris stabilis, & non timebis, & quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperum, & cum te consumptum putaueris, orieris vt Lucifer, habebis fiduciam proposita tibi spe, faciem tuam deprecabuntur plurimi: oculi autem impiorum deficient, & peribit effugium ab eis. Cum in electorum anima peccatum non remanet, sed per sacramenta expiata est, cum fiducia caput eleuare poterit, sicut Christus dicebat. Surgite & leuate capita vestra. Ita beatus Arsenius moriturus dicebat anime suæ. Egredere, egredere, sexaginta annis seruisti Deo. Tunc iusti per virtutem constantiæ stabiles sunt, & non timent: Quia ad vesperum mortis consurgit illis fulgor meridianus, ex suis virtutibus quasi ex lampadibus procedens. Et cum se consumptos putant, corpus, scilicet vermibus deuorantibus

Quæpa
rate e-
rant.

Esa. 58.

Iob 11.

bus, oriuntur clari quasi Luciferi. Et quamuis deffo-
si sint, securi dormiunt. Faciem eorum alij depre-
cantur, mendicantes oleum gratiæ, quod impij im-
petrare non valentes, tunc eorum superbiæ oculi
concidunt, & perit effugium ab eis, quia electis in
gressis ianua clauditur, minime impiis aperienda,
iuste enim Deus auxilium denegat, cum ad mini-
stros ita necessitate compellente currunt, & etiam
cum fores pulsant falsa pænitentia, sicut Esau, & An-
tiochus, non enim voluntate integra, sed necessita-
te compellente Dei auxilium implorabant. Talibus
vero iuste Deus auxilium denegat. Sicut Augustinus
dicebat. Iusto Dei iudicio, cum vult improbus ho-
mo; non potest, quia cum potuit, noluit, ideo dice-
bat Christus Iudæis. Quæretis me, & non inuenie-
tis. Sic dicebat Isaac Genes. 26. Quid venitis ad
me hominem, quem odistis, & expulistis a vobis? Qua-
si dicat Saluator, Cum mihi toties pulsanti fores cor-
dis clauseritis, vt quid maligne fores meæ miseri-
cordiæ pulsantes dicitis, Aperi nobis? Cum me o-
dio adhuc habeatis, & toties a vobis expuleritis?
Amen dico vobis, nescio vos. Ideo idem Augusti-
nus dicit. Non facile inueniuntur in aduersitate
præsidia, quæ non fuerunt in tempore quæsitæ.
Cum igitur hæc ita se habeant qua vesania homi-
nes, peccati somno oppressi secure dormiunt? Excu-
tiendus est profecto peccati sopor, vt parati Christum
expectemus. Quod beatus Petrus grauiissimis, & ad co-
ronidē Euāgelij accomodatis verbis admonet dicēs.

Intraue-
runt &
clausa
est ia-
nua.

Augusti-
nus.
Nouissi-
me vero
&c.
Gen. 26

Domi-
ne Do-
mine.

Augusti-
nus.
Vigila-
te itaq;
&c.

2. Pe. 3.

KK ij

Cum

Cum ergo omnia ista dissoluēda sint, quales oporteat vos esse in bonis conuersationibus, & pietatibus expectantes, & p̄operantes in aduentum diei domini. Ac si dicat. Cum naturæ nodus, quo elementa colligantur, & corpus & anima vniuntur, tandem dissoluendus sit, videant homines quales eos oporteat esse viribus præditos, ad Christi diem cōgruæ expectandum.

**PARABOLARVM DE
SANCTIS FINIS.**

INDEX

INDEX AVCTORITATIVVM, ET LOCORVM OMNIVM SACRÆ SCRIPTVRÆ, quæ in hoc volumine continentur, & explicantur.

EX GENESI.

- C**AP. 8. Ædificavit dominus costā quā tulerat, &c. 30
 Ca. 22. Possidebit sementuum portas inimicorū suorum. 19
 Ca. 28. Erexit Iacob lapidem in titulum &c. 30
 Ca. 49. Pastor egressus est la pis Israel. 30

EX EXODO.

- Capite. 19. Recordamini quod portauerim vos super alas. 11

EX RVTH.

- Ca. 2. Reddat tibi domi-

nus pro opere tuo & ple-
nam, &c. 10

EX I. RE.

- Ca. 3. Deus abstulit sacer-
docium Heli. 112
 Ca. 6. Vacce quæ portabāt
arcā nō declinabant. 175
 Ca. 11. Naas Amonites o-
culos effodere vole-
bat.
 Ca. 17. David Saulis arma
ad præliandum portare
noluit. 185

EX III. RE.

- Ca. 19. Eliseus maētavit bo-
ves præ lætitia. 123

EX IOB,

I iij

Ca. 30

Index.

cap. 3. Non ultra in ho-
minis potestate est
&c. 6

cap. 6. Numquid po-
test comedi insul-
sum, quod non est sa-
le conditum? &c. 38

capite. 6. Elegit sus-
pendium anima mea
& mortem &c. 197

capite. 8. Lux impii ex-
tinguetur & non lu-
cebit flamma ignis e-
ius. 248

Menses habui vacuos
& noctes laborio-
sas annumeravi mihi
&c. 61

cap. 8. In nitetur super
domum suam & non
stabit. 182

capite. 9. Verebar om-
nia opera mea sciens
quod non parceres
delinquenti. 238

capite. 11. Habebis fi-

duciam proposita ti-
bi spe & deffosus se-
curus dormies, &c.

139. & 247

capite. 11. Super hoc
expavit cor meum &
motum est de loco
suo. 247

capite. 11. Si non man-
serit in tabernacu-
lo tuo iniusticia,
&c. 250

capite. 14. Rebelles fue-
runt lumini. 161

capite. 15. Quid est ho-
mo ut immacula-
tus sit coram Deo
& iustus appareat,
&c. 239

capite. 20. Cum satia-
tus fuerit ardebitur
&c. 214

capite. 21. Quoties lu-
cerna impij extingue-
tur? &c. 169

Capite 22. Nunquid
viam

Index

viam seculorum cu-
stodire cupis quam
calcauerunt viri ini-
qui? &c. 3

Capite. 28. Ferrum de
terra tollitur & la-
pis &c. 117

capite. 29. Qui tenet
vultum solij sui. 60

Cōterebam molas ini-
qui & de ore eius
eripiebam prædam
&c. 47

capite. 33. Cum irruit
sopor super homi-
nes &c. 149

Quis posuit in visceri-
bus hominis sapien-
tiam aut quis dedit
gallo intelligentiam
&c. 77

Aperit aures viro-
rum
& exaudiens instru-
it. &c. 204

Ex Psalte- rio.

2. Proiciamus a nobis
iugum. 53

9. Sedet in insidiis cum
diuitibus. 117

36. Reuela domino viã
tuam. 170.

37. Rugiebam a ge-
metu cordis mei,
&c. 8

45. Arcum conteret
& confringet arma,
&c. 156

48. Dum discernit cæ-
lestis reges super eam
&c. 133

56. In ymbra alarum
tuarum sperabo.
&c. 9

60. Dum anxietur cor
meum

Index.

- meum in petra exalta-
sti me &c. 33.
- Protegar in velamento a-
larum tuarum &c. 10.
62. In velamento alarum
tuarum &c. 10.
66. Appone iniquitatem
super iniquitatē &c. 5.
67. Ascendens in altū cap-
tiuam duxit &c. 130.
- Increpa feras arūdinis cō-
gregatio taurorū &c. 116
- Ex vsuris, & iniquitate re-
dimet animas &c. 117.
76. Renuit consolari ani-
ma mea &c. 197.
77. Immissiones per Ange-
los malos &c. 5.
78. Excitatus est tāquā dor-
miēs Dominus &c. 135.
81. Ego dixi dii estis. 36.
86. Obscurentur oculi eo-
rūne videant &c. 168.
89. Mille anni ante oculos
eius sicut &c. 138.
93. Qui fingis laborem in
precepto &c. 199.
103. Saturabuntur ligna cā-
pi &c. 48.
- Posuisti tenebras, & facta
est nox. 168.
108. Exitus aquarū dedu-
xerūt oculi mei &c. 197
110. In via immaculata hic
mihi ministrabat &c. 197
111. Exortum est in tene-
bris lumen &c. 169.
118. Cogitavi vias meas, &
conuertī &c. 174.
124. Montes in circuitu
eius &c. 37.
131. Memēto domine Da-
uid, & omnis &c. 66.
136. Memor esto Domine
filiorum Edon &c. 90.
147. Lauda Hierusalē Do-
minum &c. 140.

EX PROVERBIIS.

cap. 1. Vocauī, & renui-
stis &c. 122.

cap. 2. Si quæsieris illam
quasi peccuniā &c. 222.

cap. 3. Melior est negotia-
tio eius acquisitione. 2.

Habe fiduciam in Domi-
no &c. 79.

Beatus vir qui inuenit sa-
pientiam &c. 27.

Lignum

Index.

- Lignum vitæ est his qui apprehenderunt illam &c. 27.
cap. 4. Ne des alienis honorem tuum &c. 135.
Viam sapientiæ monstrabo tibi &c. 174.
Dirige semitas pedibus tuis &c. 176.
Deriuentur fontes tui foras, & in plateis &c. 152.
cap. 8. Melior est sapientia cunctis opibus &c. 223.
In viis iustitiæ ambulo &c. 221.
Mecum sunt diuitiæ, & gloria &c. 222.
cap. 14. In facie prudentis lucet sapientia &c. 163.
Acceptus est regi minister intelligens &c. 198.
cap. 11. Iter pigrorum quasi sæpes spinarum &c. 118.
Simplicitas iustorum diriget eos &c. 164.
c. 12. Qui vanus, & excors est apparebit &c. 43.
cap. 17. Aufer rubiginem de argento &c. 93.
cap. 19. Vnguento, & variis odoribus delectatur cor &c. 41.
cap. 20. Quis potest dicere mundum est cor meum? &c. 93.
cap. 22. Verte impios & non erunt &c. 182.
cap. 30. Tria sunt quæ bene gradiuntur &c. 78.

EX ECCLESIASTE.

- capite 3. Vidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam &c. 170.
cap. 8. Peccator eo quod cencies fecit malum. &c. 152.

EX CANTICIS.

- cap. 1. Meliora sunt vbera tua vino &c. 163.
capite. 5. Vox dilecti mei pulsantis aperi mihi, &c. 122.

KK

EX

Index.

EX LIBRO SAPIENTIÆ.

- C.1. Sentite de Domino in bonitate &c. 167.
cap.2. Lassati sumus in via iniquitatis &c. 60
cap. 6. Cogitare de illa sensus est cōsumatus. 180
ca.7. Quis hominum poterit scire consilium Dei &c. 57
c.8. Bonorū laborum gloriosus est fructus &c. 199
capite 11. Omnia in pondere numero, & mensura &c. 205

EX ECCLESIASTICO.

- cap. 2. Ve dissolutis corde &c. 65
Ve his qui perdidērunt sustententiam &c. 112
Qui timent Deum præparabunt corda sua. 216
Coniungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissi-

- movita &c. 211
Ve peccatori terram ingredienti &c. 144
capite 4. Qui crediderit ei hæreditabit illam. 149
cap.8. Sermo illius potestate plenus est &c. 121
Sapientia hominis luget in vultu &c. 163
capite.9. Omnis mulier fornicaria sicut stercus &c. 148
cap. 17. Quod lucidius sole? &c. 165
Deus creauit hominē de limo terræ &c. 134
cap.18. Misericordia hominis ad proximum suum &c. 204
cap.21. Sicut pali in excel-sis & cimenta &c. 182
cap. 24. Doctrinam quasi Antelucanum illumino &c. 46
c.27. Vasa figuli probat fornax &c. 93
capite 29. Qui facit misericordiam foeneratur, &c. 108.

Index.

ca. 3. Nequius oculo quid
creatum est? &c. 165
ca. 34. Unus ædificans, & al-
ter destruens &c. 71
cap. 40. Occupatio magna
creata est. 53
cap. 51. Manus meas exten-
di in altum &c. 49
Appropriate ad me indo-
cti, & cōgregate. 12
cap. 32. Qui timent Deum
inuenient &c. 242

EX ESAIA.

cap. i. Heu consolabor su-
per hostibus meis &c. 7
capite 4. Erit germen Do-
mini in magnificentia
&c. 193
Ecce germen Domini in
magnificentia &c. 130
Super omnē gloriam pro-
tectio &c. 180
cap. 10. Erit lumen Israel
in igne &c. 159
capite 11. Erit iustitia cin-
gulum lumborum eius
&c. 205

cap. 12. In pace amaritudo
mea amarissima. 60
c. 22. Et dabo clauem do-
mus David &c. 34
Vocauit Dominus ad fle-
tum, & ad planctum. 206
capite 25. Spiritus robusto-
rum quasi turbo &c. 151
capite 26. Ciuitatem su-
blimem humiliavit. 22
Nomen tuum in deside-
rio animæ &c. 194.
Anima mea desiderauit te
in nocte &c. 210
cap. 27. Florebit, & germi-
nabit &c. 193
In mensura contra men-
suram iudicabo &c. 3
cap. 28. Ite Angeli veloces
&c. 3
cap. 29. Obstupescite & ad-
miramini &c. 55
Transi terram tuam filia
maris &c. 206
cap. 31. Ingredere ad præ-
positum templi &c. 44
cap. 32. Erit opus iustitiæ
pax &c. 281
Capite. 38. Extendetur
KK ij super

Index.

- super eam mensura. 13
Ca. 38. Proiecisti post tergum tuum. 156
Ca. 49. His omnibus quasi ornamento vestieris. 25. & 188
Ego dixi in vacuum laboravi. 62
Ca. 51. Propter hoc elongatum est iudicium. 169
Attendite ad petram. 35
Ca. 52. Implebit splendoribus animam tuam. 171
Ca. 53. Virum dolorum. 10
Ca. 54. Ecce ego sternam lapides per ordinem. 35
Ca. 55. Verbum quod egredietur de ore meo. 121
Ca. 57. Viam facite præbeate iter. 177
Ca. 61. Spiritus domini super me. 25. 114
Faciebatis malum in oculis meis. 267
Ca. 63. Ipsi ad iracundiam prouocauerunt. 8
EX HIEREMIA.
Ca. 2. Deuorauit Prophetas vestros gladius vester. 4
Obstupescite cæli. 165
A seculo fregisti iugum. 210
Capite. 4. Filij insipientes sunt. 137
Ca. 5. Docuerunt linguam suam loqui mendacium. 60
Misi ad vos omnes seruos meos. 68
Capit. 6. Erudire erudire Hierusalem. 113. & 123
Confusione non sunt confusi erubescere &c. 252
Filia populi mei induere cinere. 153
Cap. 7. Misi ad vos omnes seruos meos. 4
Ca. 9. Non gloriatur sapiens in sapientia sua. 58
Ca. 15. Disperdam vos & ventilabo. 75
Ca. 19. Si potest Ætiops mutare pellem. 220
Ca. 22. Confunderis & erubesces. 117
Cap. 25. Bibite inebriamini vomite. 2
Ca. 30. Propter multitudinem

Index.

- nem iniquitatis. 148
Ca. 31. Vsq. quo delitiis. dis-
solueris filia vaga. 207
Ca. 48. Audiuius super-
biam Moab. 132

EX TRENIS.

- Ca. 1. Ideo ego plorans &
oculus meus. 15
Ca. 3. Circundedit me fel-
le. 60
Pars mea dominus dixit a-
nima mea. 208

EX BARVH.

- Ca. 4. Quid est Israel quod
in terra. 27.

EX EZECHIELE

- Ca. 11. Plurimos occidistis
gladium immitam. 6
Ca. 13. Violabant me ad pō-
pulum propter. 166
Ca. 14. Vir de demo Isra-
el. 88
Ca. 15. Quid fiet de ligno vi-
tis. 97
Ca. 19. Eras nuda & confu-
sione plena. 41

Transiēs pette vidite. 148

EX OSEA.

- Ca. 2. Desponsabo te mihi
infide & scies &c. 240
Dedi eis frumentum vinū
& oleum. 137
Ca. 13. Dies multos expecta-
bitis me &c. 16
Ca. 14. Ego sicut ros Israel
germinabit &c. 96

EX AMOS.

- Ca. 2. Stridebo super eos si-
cut stridet plaustrū &c. 8
Ca. 7. Vocauit dominus iu-
ditium ad ignem. 238

EX MICHEA.

- Ca. 6. Adhuc ignis est in do-
mo impij. 3
Quid dignum oferam do-
mino? 126

EX NAVN.

- Ca. 3. Ecce ego ad te & re-
uelabo pudenda. 148

KK iij EX

Index.

EX ABACVH.	Intrate per angustam portam.	177	
Ca. 3. Mentietur opus oliuæ &c.	80	Omnis qui audit verba & facit ea.	181
EX ZACHARIA.		ca. 11. Estote prudentes sicut serpentes.	81
Ca. 2. Qui vos tangit tangit pupillā oculi mei.	11	ca. 24. Vbi fuerit corpus ibi congregabuntur.	199
Ca. 9. Quid pulchrū est eius nisi frumentum.	188	EX MARCO.	
Cap. 10. Sibilabo eis & congregabo.	12	Ca. 9. Omnis igne salietur. &c.	40
Ca. 11. Obtenebrescet oculus dexter eius.	166	Habete in vobis sal.	39
EX MALACHIA.		EX LVCA.	
Ca. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam.	44	Ca. 9. Mittens manum ad aratrum & respiciens.	7
EX MATHÆO.		ca. 11. Qui non est mecum contra me est.	72
Ca. 3. Cuius vētilabrum in manu eius.	75	cap. 12. Stulte hac nocte, &c.	214
ca. 5. Esto consentiens aduersario tuo.	167	Nonne duo passerēs veniunt dipondio.	80
ca. 7. Nolite sanctum dare canibus.	74	Ignem veni mittere in terram & quid volo.	197
		ca. 17. Sicut in diebus Noe homines.	214
		cap. 21. Attendite vobis ne grauentur.	246
		EX	

Index.

EX IOANNE.

Cap. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus, &c.	25
ca. 3. Oportet vos nasci de- nuo.	9
cap. 4. Meus cibus est vt fa- ciam voluntatem.	41
Videte regiones, quā albę & sunt ad messem.	193.
capit. 6. Verba quę ego lo- quor vobis spiritus &c.	120
ca. 7. In die magno festiui- tatis clamabat.	12
ca. 9. Me oportet operari o- pera eius &c.	106
ca. 10. Non rapiet eas quis quam de manu mea.	11
cap. 11. Si exaltatus fuero a terra.	192
ca. 13. Quod facis facciuius.	2
ca. 14. Recipiam vos ad me ipsum.	199
ca. 18. Sinite hos abire.	11

EX EPISTOLA AD ROMANOS.

Cap. 6. Si complantati facti sumus.	178
----------------------------------------	-----

Habetis fructum vestrum in sanctificatione.	96
Non regnet peccatum in vxo.	110
Gratias ago Deo meo quia &c.	56
Cuius vult miseretur, & quem vult.	57
Humanum dico propter infirmiorem.	153
ca. 8. Prudentia carnis mors est.	27
Qui secundum carnem sunt quę carnis &c.	28
Si conpatimur & conreg- nabimus.	211
cap. 11. O altitudo diuitiarum sapientię.	56
Tu fide stas noli altum sa- pere.	92

EX PRIMA AD CO- RINTHOS.

Ca. 3. Edificant fœnum lig- num & stipulam.	221
Quid Paulus quid Apollo &c.	74
Ego plantaui Apollo ri- gavit	

Index.

- gauit &c. 110.
Vnusquisq. videat quo-
modo superedificet. 182
cap. 4. Quid habes quod
non accepisti? &c. 132.
Vt filios meos charissimos
moneo &c. 136.
cap. 5. Animalis homo nō
percipit &c. 109.
Cum sit inter vos zelus, &
contentio &c. 115.
cap. 10. Abundantius om-
nibus laboraui &c. 110.
cap. 13. Videmus nunc per
speculum &c. 26.
cap. 14. Sectamini charita-
tem &c. 46.
cap. 15. Ita q. fratres mei di-
lecti stabiles &c. 183.
Stella difert a stella. 146
- Timeo ne sicut serpēs de-
cepit Euam &c. 164
cap. 3. Nos autem gloriam
domini speculātes. 40
Fiduciam talem habemus
&c. 56. & 130
cap. 4. Si coopertum est
Euangeliū &c. 160
cap. 5. Christus pro omni-
bus mortuus est. 45. & 136
Ingemiscimus grauati. 62
Dedit nobis ministeriū re-
conciliacionis &c. 68.
Nolite iugum ducere cū
infidelibus &c. 64.
cap. 6. Qui adhæret Deo
vnus spiritus est. 40
cap. 12. Non quæro vestra
sed &c. 136.
cap. 15. Si Euangelizauiero
nō est mihi gloria. 136

EX SECVNDA AD CHORINTHIOS.

- cap. 1. Qui confirmat nos
vobiscum &c. 78.
Gloria nostra hæc est te-
stimonium conscientiae
&c. 164. & 243

AD GALATAS.

- cap. 3. Spiritu ambulate, &
desideria &c. 205
Qui autē sunt Christi car-
nem &c. 279.
cap. 5. Fructus autem spi-
ritus

Index.

ritus charitas &c. 95
ca. 6. Communice. is qui
cathetizatur &c. 81
Opus suum probet vnus
quisq. &c. 243

AD EPHESIOS.

cap. 2. Deus qui diues est
in misericordia. 86
cap. 4. Qui ascēdit ipse est
& qui descendit &c. 103
Vnicuiq. nostrum data est
gratia &c. 133
Testificor vt non ambule-
tis quemadmodū. 169
cap. 5. Deus dilexit Eccle-
siam & tradidit. 94
cap. 6. Induti loricam iusti-
tię & calciati &c. 205
Non est nobis colluctratio
aduersus &c. 184

AD PHILIPEN- SES.

cap. 1. Et hoc oro vt chari-
tas vestra &c. 105
ca. 2. Si qua consolatio in

Christo &c. 23

AD COLLOS- SENSES.

cap. 1. Non cessamus pro
vobis orantes &c. 93
Dignos uos fecit in partē
fortis &c. 161
cap. 3. Mortui estis, & vita
vestra &c. 100. & 135
cap. 4. In sapientia ambula-
te cum his &c. 42

AD THESSALONI- CENSES I.

Cap. 2. Dominum occide-
runt? Iesum &c. 5
cap. 3. De temporibus autē
& momentis &c. 123
capite 4. Hęc est voluntas
Dei sanctificacio vestra
&c. 134

SECUNDA.

cap. 5. Vos autē fratres nō
estis in tenebris. 170

Ll. AD

Index.

AD TIMO- THEVM.

PRIMA.

Cap. 1. Fidelis sermo, &
omni acceptione dig-
nus. 114

cap. 2. Si commortui su-
mus, & cōuiuemus. 179

ca. 6. Sectare iustitiā. 207

SECUNDA.

Cap. 1. Manifestata est au-
tem. 161

cap. 4. Exemplum est fide-
lium in doctrina. 48

cap. 5. Testor coram Deo,
& Christo Iesu. 176

AD TITVM.

Cap. 2. Tradidit semetip-
sum pro nobis. 93

AD HEBREOS.

Cap. 2. Eum qui modio
Angeli. 193

capite. 4. Viuus est sermo
Dei. 119

cap. 5. Omnis Pontifex ex
hominibus. 35

cap. 10. Habemus fiducia
in introitu. 194

cap. 12. Deponentes omne
pondus. 63

ACTVVM APOST.

Cap. 20. Vincula, & carce-
res Hierosolimis. 196

IACOBI.

Cap. 1. Si quis indiget sa-
pientia postulet. 49

cap. 3. Fructus iustitię in pa-
ce seminatur. 73

PETRI PRIMA.

Cap. 1. Propter quod suc-
cincti lūbos mentis. 207

cap. 2. Si quid propter iusti-
tiam patimini. 195

cap. 4. Vnusquisq. prout
accepit gratiam. 132

SE-

Index.

SECVNDA.

Cap.1. Christo igitur passo
in carne &c. 191

Renati non ex semine cor-
ruptibili. 9

cap.2. Melius illis erat non
cognoscere. 182

c.3. Cū ergo omnia ista dif-
soluēda. 207. & 252

cap.5. Vnum vero non la-
teat vos. 138

IOANNIS SECVNDA

Cap.3. Mādata eius graua
non sunt &c. 67

c.4. Omnis qui soluit Iesū

Antichristus est. 30

APOCALIPSIS.

Cap.2. Fundamāta duode-
cim &c. 30

cap.3. Aperit & nemo clau-
dit &c. 34

Suadeo tibi emere aurum
&c. 107

Dicis quia diues sum. 132

Tene quod habes. 142

Si nō vigilaueris &c. 246

cap.8. Qui vicerit dabo ei
sedere &c. 199

cap.16. Beatus qui custodit
vestimenta. 244

INDEX RERVM.

A

Aliqui citius implent
peccatorū mensuram
& punientur. 3

Amor proprius de operi-
bus propriis & alienis ma-
le iudicare facit. 1

Anachoretæ. 171

Anima duo habet offi-
cia. 197

Anima quomodo odio
est habenda. 177

Apostoli sal terre. 38. 39. 40

Apostolos Christus hono-
ris titulis decorat. 37

Auari hominis animus de-
scribitur. 21

Ll ij. Bea-5

Index.

B

- Beati intraant in gaudiū nō
gaudium in ipsos. 140
Beatus est qui fidei sapien-
tiam habet. 27
Beatitudo numquam am-
mittitur. 140
Bona opera solum iuuant
in morte non alia. 247
Boni non Deum in se sed
Deus ipsos in se conuer-
tit. 41
Bonū ex integra causa, 170

C

- Caro sicut peregrina cæ-
lum intrauit. 130
Carnem crucifigere debe-
mus. 179
Charitas Dei in morte Chri-
sti ostenditur. 190
Christus gallinæ compara-
tur. 9
Christus pulsat per mor-
tem. 24
Christus meli⁹ curabat quā

- chirurgicus. 156
Christus lucerna super can-
delabrum. 159
Christus vitis vera. 85
Christus morte sua omnia
ad se traxit. 193
Christi dies sicut fur. 213
Christi erga animam a-
mor. 240
Conuersionis peccatoris
iniciū progressus, & fi-
nis. 149
Corpus Christi quomodo
ædificatur. 104
Corpus ratione constrin-
dum est. 205
Claues datæ Petro in sig-
num supremæ potesta-
tis. 33
Culpæ cognitio lachrimas
elicit. 153

D

- Damnationis signum est
prædicatores non audi-
re. 9
Deus multos conterit & fa-
cit

Index.

cit stare alios. 6
Deus dolet quod malos pu-
nire debet. 7
Dei voces aliqui contem-
nunt audireq. nolunt. 122
Deus pacem peccatori o-
fert si velit. 82
Deo seruiendum eo con-
nata quo ante mūdo. 153
Deo pulsanti aperiēdū. 123
Deus suo lumine cognosci
debet. 28
Diabolus impedimēta po-
nit ad conuersionem. 151
Discipulorum dona qua-
tuor declarantur. 70
Discipulū Christi fieri res
ardua est. 179
Dona & gratiæ non æquali-
ter omnibus dantur. 133
Dona quæ Deus homini-
bus dat ad negocian-
dum. 134
Dona Dei aliqui praue ex-
pendunt. 137
Donis Dei attribuendum
lucrum animarum. 120
Dona quomodo ab inerti-
bus auferuntur. 112

E

Ecclesia inexpugnabilis. 32
Edificatio sapientis supra
petram, 161, & 180
Electi admittuntur ad lo-
cum Christi. 199
Electos Deus cum gaudio
excipit. 139
Exactores vectigalium reg-
norum crudeles. 116
Extra Ecclesiam sectiones
sunt in Ecclesia idem sen-
titur.

F

Fidei natura qualis. 26
Fides plus nobis ostendit
quam humana ratio. 126
Fidem aliqui perdunt pro-
pter peccata. 90
Fides mortua depingi-
tur. 88
Fideles bis nas cuntur. 9
Fideles multi solafide Chri-
sto cōiunguntur. 86

Ll ij

Fidu-

Index.

Fiducia bonorum. 138

G

Gaudium verum ex animarum lucro. 54

Gloria vera testimonium bonæ conscientiae. 243

Gratiæ Dei efficacia quia in Deum transformatur. 40

H

Homo absolute carnes homines significat. 115

Homines in se ipsis vitam & mortem habent. 53

Homines ex se non habent nisi insufficientiam. 131

Homines quid quid habent a Deo est. 132

Homines non debent sibi solis vivere. 136

I

Impius in morte raptim

omnia agit. 248

Insignia Dei & Christi. 101

Iustitia Dei in Christi passione ostenditur. 189

Iudicia Dei inscrutabilia. 57

Iuventutis opera gratissima Deo. 210

Iugum Christi suaue. 64

L

Litterari suis litteris Christum quandoq. impugnant. 45

Lucernæ ardentes quid sint. 207

Lumbos præcingere quid sit. 206

Luxuria omnia peccata secum defert. 147

M

Magdalene, contritio, verecundia, laus, lachryme &c. 142

Matthæi conuersio. 123

Mensura penæ peccato respon-

Index.

spondet. 3
Medici proprietates Christi
sto conueniunt. 126
Mors Christi exaltatio. 193
Morte nihil certius & ni-
hil in certius. 246
Mundani sine fructu labo-
rant &c. 61

N

Natura docet homines si-
ne Deo viuere non pos-
se. 14
Negociatoris Euangelici
proprietates. 105. 106.
107. 108

O

Occasiones iniquis prebe-
re non est iniquos face-
re 4
Onus peccati graue. 62
Oratio prædicationem præ-
cedat. 73

P

Pasio Christi. 191. 192. 194. 195
Pater filium, & filius patrē
cognoscit. 50
peccatorum rusticitas & ca-
nes. 74. tenebre. 169. infā-
mes. 148
Peccata quedam directe
contra Deum. 205
Perfectionis status. 174. 184
185.
Petrus Apostolus. 22. 28. 29
30.
Pharisæi varia ratione Chri-
stum inuitabant. 146.
Prædicator Prædicato-
res. 4. 43. 50. 71. 73. 75. 77.
79. 80. 233.
Pusillanimes timent se spi-
ritualibus lucris misce-
re. 141

R

Rationis lumine depraua-
to

Index.

to nihil peius. 165.168
Res graues paulatim per-
ficiuntur. 21
Res præciosæ a natura ab-
sconditæ sunt. 220

S

Sapientia Dei diuersis viis
incedit. 187.188
Sancti diuersi ab Ecelesia
proponuntur. 145
Sacra scriptura rotæ com-
paratur. 51
Sciencia Gemma. 54

T

Thesaurus spiritalis vitæ
absconditus. 232
Tribulationes adfructificã.

dum iuuant. 9

V

Verbi Dei potētia. 129
Virtus sine discrecione nõ
est virtus. 39
Vigilia prima secunda, &
tertia. 211
Vigilandũ semper. 213
Vita electorum abscondi-
ta. 100
Via virtutis, & vitij. 177
Voluntas Dei supremum
tribunal. 57

Z

Zelus Christi erga animã
depingitur. 124

✿ FINIS.

mill ciento y diez y nueve Rs. y tres quartos.
 viniendo sido el Pex noventa y cinco mil
 Azucientos y treinta y nueve Rs. y un q. pa-
 reser, mas diez y siete que tanto ciento
 y diez y nueve Rs. y medio.

6501

6501

6501

Don Diego Alfonso de Estrada Concl. Sindico:
 de este Condo de N. D. de San Fran. de Xeres de
 la frontera: Certifico que la dicha cantidad
 de los ciento y diez y nueve Rs. y medio con
 esta cuenta de mas y vezinos y gastos recul-

N. 6^{no} de
 Al Co.

tan a favor de el Condo; quedan en mi poder
 los dichos y Verdadera como en esta cuenta
 de maravella. recontiene y por Verdad lo
 firme.

11

Don Diego Alfonso de Estrada
 Concl. Sindico

Mis.

Cont. re.

1046

Dichas

1041

Mas vez

42

Desde el dia diez y ocho de Atole del ano
de mil seiscientos y noventa hasta el dia
en que se cierra este inventario sean vezeidos
mill, quatrocientos, y noventa y una misas cantadas

En el dho tiempo sean dicho, como pareciere
el libro de Colecturia mill quatrocientos y diez
y siete misas cantadas, con que abiendo sido
las misas cantadas vezeidas mill, quatro
cientos, y noventa y una como consta de

el libro de quentas; pareciere mas vezeidas
que dichas quatrocientos y quatro misas cantadas
que al precio de ochos reales de limosna importan
las quatrocientos y quatro misas cantadas que se restan
deviendo de ciento y cinquenta y dos reales.

La deuda de misas vezeidas como pareciere alabuelto

de misas vezeidas que de el presupuesto de mill e quatrocientos

La deuda de miso de avaras comparece alabuelta

se miso de avaras que de lo preciso de lo que se

importan dicha cantidad de miso de avaras

tres mil, seiscientos, y treinta de los cuales

Junto con trescientos, y cinco y dos de

la limosna correspondiente a las quarenta

y quatro miso cantadas que se quedan de

biendo: parece debemos dar satisfaccion

aqui de tres mill, novecientos, y ochenta

y dos de

Satisfaccion =

Por lo que queda en la bodega entres

de las sacras de las deudas de la obra

de la obra. Y para lo que queda que

de la obra: quedan contados quatro fanegas,



529
10

Ω

Π
Σ
Α
Χ
Α

Pa

2 =

10

Π
Σ
Α
Χ
Α

364